

Bibliothèque numérique


medic@

**Cardano, Girolamo. De methodo
medendi lectiones quatuor**

Parisiis : Rouille, 1565.



(c) Bibliothèque interuniversitaire de médecine (Paris)
Adresse permanente : <http://www.biium.univ-paris5.fr/histmed/medica/cote?33438x02>



CATALOGVS EORVM,
quæ his quatuor Sectionibus
comprehenduntur.

De Methodo medendi Sectione prima, recentiorum
Medicorum errores centum refelluntur.

Sectione secunda, de simplicium medicamentorum
Nocumentis agitur, & eorum usus ad amulsim
enucleatur.

Sectio tertia, admirandas curationes, & prædictiones
morborum continet.

Sectio quarta, Consilia in diuersis morborum gene-
ribus complectitur.

P. G. ROVILLIUS, ME-
DICINAE STUDIOESIS.

S.

I QVID unquam ponderis (studio-
se Lector) vel clarissimorum virorum iu-
dicio habuerunt u, qui ciuilibus ne-
gotiis praefecti, lites ciuium cōponere,
tum etēq; populos compescere, & ad
Cōcordiam reducere, summa ingenij dexteritate po-
tuerūt: proiecto non pauci, imò plurimi sunt, qui hoc
pari laude, ut aliis in iure, ita in medendi facultate
(qua est alterum Reip. column) Hieronymo Carda-
no tribuendum putent, viro in omni scientiarum ge-
nere merito celeberrimo: idq; cum ob multa ingenij
monimenta, qua in Physicam, Astrologiam, Geome-
triam, Arithmeticam doctissima in lucem prodidit,
tum vel hoc imprimis, quod in abstractis & dubiis
Medicorum controversis soluendis, abditis morbo-
rum causis explicatis, remediosis vel in maximè de-
ploratis inueniendis, admirabilisq; Medendi Metho-
do non solum admirabilem se omnibus hactenus ex-
hibuerit, sed ea etiam, que diuinitus excogitauerat,
Reipublice multi magis, quam suæ consulens, con-
scribere, & in hominū manus venire voluerit. Quod
vel ex hoc opere perspicere cuius in promptu est, mo-
le quidem exiguo, sed in quo, que ad Medicinæ pra-
xim, quā vocant, in aliis videbantur desiderari, om-
nia cum brevissimè, tum fælicissimè comprehendit.
Sed ut his scriptis absit adulatio, cuiuslibet etiam
præter eruditos mibi in hoc negotio consentanea fa-

† ij

ciliè erit censura, si cogitet, ciuilem statum non minus
 Medicis, quam Iurisperitis opus habere. Ut enim sine
 horum ope leges retineri, sic nec repentina, & inco-
 gniti morbi, qui in ciuium quantumvis pace fruen-
 tium corpora gravata, ac omni ferè tempore scuire co-
 spiciuntur, absq; medica manu arceri vñquam pos-
 sunt. Quòd fū, vt tum demum optimè Reip. consultum
 fore putem, cum vt in iure ciuili factum est, sic in
 bac maximè necessaria facultate communi omnium
 sumptu, & præstantissimi quiq; præficietur, & quæ
 ip̄i per se inuenerint, humano generi salutaria, aut
 in veteribus abdita exposuerint, ad communem vi-
 litatem, in lucem proferētur, grauiſſimis alioqui pœ-
 nis propositis in eos, qui studio contradicendi potius,
 quam veritatis inuenienda sincera voluntate, simi-
 lium virorum conatum remorari nituntur. Atque
 hac causa fuit, vt doctissimorum viroruſ ſuauſu hæc
 ex Cardano collegerim, quibus vñ à cum aliis rebe-
 mēter cupiui Remp. donari, quòd & tibi (Lector) pro
 virili aliqua in re prodeſſem, & doctissimum virum
 Cardanum excitarem, vt eo, quo ceperit, pede pro-
 gressus, cetera, que multo plura habet,
 in hac arte recondita, studiosis id
 obnixè efflagitantibus com-
 municare dignare-
 tur. Vale.
 (*)

PHILIPPO ARCHINTO
EPISCOPO SANCTI SEPULCHRI,
vicarioque Pontificis summi Pauli terij, viro
eruditissimo, & bonarum literarum fautori egre-
gio, H. Cardanus medicus Mediolanensis. S.P.D.

A E P E ego (Antistes optime)
mecum dixi, Nihil est quod
fatum effugere omni ex par-
te videatur. Et quanquam lo-
cupletius de hac re sermonem
habuerim, in libro huic tra-
ctationi dedicato, nihilominus toties mihi il-
lius se offert violentia, ut etiam præter propo-
situm, de illo sermonem frequentius habere
cogar. Atque si vñquam aliás, nunc manifeste
nobis illius memoria occurrat: quippe cùm
meminerim, quām audacter magis, q̄ con-
sultò, opus hoc de malo medēdi vñ in publi-
cum emiserim: cūmq; ab initio multa scripsi-
sem, nō solùm inornatè, sed sine vñlo ordine,
vix audeo dicere, quibus modis animum addi-
derit, quāque demum necessitate ab eo im-
pulsus ad edendum sim immaturum hunc fœ-
tum. Erubesco cùm vñtra etiam trecentos er-
rores meos in hoc libro, præter etiam admis-
tos à libratiis recognosco. Eratque animus il-
lum iam dudum explodere è fœtu meoru
numero: sed obstitit quædam illi non vulgaris
adiuncta utilitas, quæ etiam eum sic venalem

† iij

reddiderat, ut secundo anno librarius ipse de-
nuo, ni obstat issem, in publicum emittere vel-
let. Dum verò maioribus essem intentus, aut
magis necessariis, ad hanc usque diem (annus
etenim ab hinc iam nonus agitur) rem distuli.
Pudebat me inter reliqua, nimia pietate, pa-
tris siquidem verbis persuasus, qui hoc palā,
nescio quo ductus errore, affirmabat, Casti-
lioneum nomē addidisse: cùm certum habeā,
reuolutis omnibus publicis tabulis, maiorum
meorum, ad annum usque m. CCCXL. qui ab
hoc, CCVI. est, nihil mihi cum Castelioneis cō-
mune esse. Neque hoc refero quòd vel pige-
ret, si essem, fateri, vel quòd mallem non esse,
quàm esse, aut quòd Cardanorum gētem Ca-
stelioneæ cōparare velim. Verūm quantò pul-
chrius est ex nobilissima esse familia, tātō etiā
turpius falsò semetipsum illi inferere. Est fa-
milia illa antiquissima, ditiissima, potētissima,
Cardinales, Episcopos, viros etiam sanctitate
& armis inclytos genuit: floruit eruditis ho-
minibus: nihil illi defuit, quod ad ornandam
illam, aut quod ad dignitatem pertineret. No-
stra, & si sit antiquissima, omnibus in causis lō
gè inferior est, ut quæ neminem, præter Milo-
nem Episcopum, memoria insignem habeat.
Is namq; cùm Episcopi nutu, patria nostra &
circūcīnae vrbes regerētur, anno communis
salutis. M. C I X X X I X. vrbi nostrae Mediola-
nensi. x x v i. hic à restauratione annus erat,

Episcopus preeesse cœpit: annisq; octo, minus
quatuor mensibus, patriæ consuluit. Itaque vt
non pudet me esse Cardanum, ita Castelioneū
fuisse mihi gloriosum duxisse. Attramen lon-
gè turpius, vt dixi, falsò alienæ genti se ingere
re. Satis nobis sit cum illis amicitia: hanc in
constantiam pietas, & fides parenti præsti-
ta excusabunt. Malo leuitatis accusari ob emē
datum errorem, quām connuentibus oculis,
dissimulare peccatum. Ergo vt ad rem redeā,
cūm nec igni mandari liber ob vtilitatem, nec
emitri ob errores honestè posset, curām suscep-
pi non mediocrem emendandi. In posterum
autem cauebo, ne quicquam adeò celeriter in
publicum exeat, vt authori inurat labem. Fue-
rat nempe olim quindecim & hoc opus dierū
labor: nunc plus in emendatione temporis,
quām in structura consumptum est. Addidi-
mus etiam alios viginti octo errores, vt sic in
centuriam ex cresceret. Non quod plura lon-
gè non essent, quæ censoria nota indigeant:
sed quoniā hic numerus aliquid habet apud
antiquos authoritatis. Atque vbi non licet fi-
nem in rebus assequi, finis ipse aliqua ratione
a nobis fingendus est. Non excusabo ego, in-
quam, errores meos, qui indignus sim venia;
cūm in aliis accusem: verūm eandem mihi le-
gem præfinio, & ab aliis imponi volo, qua eos
dicere possim errores, ac pro his in iudicium
vocari, qui obesse possunt hominibus: nō qui

† iij

quasi à superstitionis grammaticis nullius momenti res obseruantibus in pueris notantur. Optimum etenim homini esse puto, quandoquidem res verbis sunt præstantiores, & vita breuis, modum scire in diligentia statuere, ne Protogenes sub Apellis censura fiat. Itaque hoc opus tibi denuo instauratum mitto ac dedico. Exiguum illud quod subsequitur, debere tentasse, ni nomen eius, cui nuncupatur, violare simul credidisse. Adeò ego in me seuerus sum, ut improbem, quæ non possum probare, ut volo. Maneat tamen ut exemplum rudis animi mei, aut primæ audaciæ : ut vel sic intelligant, quantum intersit etiam discriminis in æstatibus. Te vero, quem ob singularem virtutem admiror, ob tempestiuam beneficia in me collata (si quidem tu primus iacentem erigere cœpisti) non parum diligo, florarentem videre cupio. Tunc etenim, qui bonis literis operam dant, optimè sperare debent, cum fortuna eos euexerit, qui non solum sint eruditi, sed summum etiam bonum in eruditione ipsa collocant; frustraque, ut video, homines diligentiam, exercitationem ac fidem, in bonarum literarum ignaris querunt. Nempe optimè veteres Mercurium, quæ artibus ac scientiis præfecerant, omnium opem, omniumque legationum ad mortales, ad deos, ad infernaque authorem esse finxerat. At non intelligunt quandoque homines, quæ-

CETIUM

quam exercitati , improborum & imperitorū
calumnias,& conspirationes. Neque illud di-
uinum animaduertunt , quoniam in maleuo-
lam animam non intrabit sapientia. Est enim
solus eruditus sapiens verè , solisque sapiens
eruditus. Verùm quorsum hæc ? Studiis bonis
operam dare decet, eos qui artem medendi in-
nocenter profiteri volūt. Obscurior sum ver-
bis , quād decet esse , sed mea nihil interest:
quandoquidem ad clarissimam métem tuam
verba dirigo. Me nullus in posterum accuset:
nemo ignarus esse potest, cū & in aliis , quod
in se agnoscit, adesse putat: ego id scio: hæc ego
mihi, quam aliis inesse laudem cupio , volens
tribuo. Ergo volūtatis vitium est, non ingenij
aut imbecillitatis . Vbi igitur non est animi
prauitas, ibi non est ignorantia. Sed multa ad
tempus dissimulare cogimur, seu fatorum or-
dine, seu quia non bona existimamus , aut sal-
tem non meliora , quæ ab aliis talia esse cre-
duntur. Quicunque enim secundum diuinam
institutionem mentem erudiunt, sic ut ab im-
probitate omnino vacent, cōscientia primū
virtutis suæ, demum & gloria, quæ post mor-
tem manet, felices iam sunt . His igitur si for-
tuna aliqua affulserit, cùm diuitiæ & honores
breui tempore possint accedere, summā bea-
titatem in vita consequuntur : At si his negle-
ctis nobis opum , ac inanis gloriæ sola vel etiā
prima cura sit, nulla spes amplius ad integrata-

tem relinquitur: quare nec sine illa ad fatuatum
 ac bonam conscientiam, cùm etiā prima multis ex causis fallax sit. Quamobrē praestat hominibus, quamcunque exercuerint artem, optimis inh  ere institutis: c  teros ver   eos, qui sic faci  t, pertinaciter fouere. Neq; enim, qui tales sunt, v  quam ingrat   esse possunt. Ergo c  m in t   tantam benignitatem virtut  que, quantam in alio v  quam viderim esse, cernam:nihil maius efflagitatem, si a diis licet, quod omnibus eruditis conduceret maxim  , qu  m vt tibi fortuna pro animi magnitudine ac virtute affulgeat. Qu  d enim ampl   ac honestissimam conditionem dederit, ego pro tua dignitate, pro animi altitudine, pro sublimitate mentis, exiguum esse reor. Mihi ver   satis esse ducerem, vt de me secundum Apollinis responsum ad Ciceronem, tum in poster  , tum ali   statuisses. Nam vt bono, im   meliore animo, libellus hic magna iam mortalium vtilitate, nec paruo desiderio prodierat in publicum sub nomine tuo: sic spero in poster  , vtiliorem l  g   futurum, ac etiam chariorem. Nostra ver   fortuna aliorum auxilio non indigebat: si saltet homines, qui se prudentissimos credi frust   volunt, operibus ipsis inh  sissent. Ergo fatum h  c agit, c  m per mentem senatus diuinam promouemur: qu   ut minim   nobis inimica est: sic iudicis potius, qu  m fautoris iudicio fungitur. Nos

3

tandem id solum, quod ab omnibus vel bo-
nis vel amicis rogare solemus, a te petimus,
pro hac nostra erga te voluntate, ut perfidiæ
inimicorum nostrorum ne subscribas tacitus
atque nolens: sed iudicium ex te ipso expen-
sis omnibus de amico facias. Vale. xv. Cal.
Martij. M. D. X L V. Papiæ.



I N D E X E O R V M Q V A E
I N H O C O P V S C V L O
continentur.

- Q**uo d insanabiles morbos curare aggreduntur. Cap. I
Quod in victu procedunt augendo versus statum. 2
Quod nimium pingui vtūtur, dando carnes & oua. 3
Quod contusa & aquam carnis exhibent. 4
Quod laudant olera tanquam cibos. 5
Quod vinum negant ægris. 6
Quod melones præponunt multis fructibus. 7
Quod cibum vberiorem dant in prandio, quam in cœna. 8
Quod omni leui causa consulunt medicinas. 9
Quod carnes piscibus præponunt in omni febriente. 10
Quod auxilia simplicia & composita corrupta habent. 11
Quod aquis destillatis vtuntur. 12
Quod vtuntur simplicibus. 13
Quod unus modus medendi est vniuersalis. 14
Quod nunquam à principio purgant eradicative. 15
Quod à principio semper à levioribus inchoant. 16
Quod vitant, aut procrastinant sanguinis minutinem. 17
Quod partem materiae purgat in morbis quietis. 18
Quod nutrunt, & purgant in statu. 19
Quod omnia purgationem post statum saltem, expedire putant. 20
Quod non vtuntur, nisi medicinis, quas appellant benedictas. 21
Quod materiam semper euacuant paulatim, ac concoquunt. 22
Quod dicunt non omnes morbos ad Physicum spe-

INDEX.

ctare.	23
Quod lunæ positiones obseruant, vt non dent medicinas.	24
Quod de inutilibus quibuscunq; rebus decertant.	25
Quod frequenter frictiones dimitunt.	26
Quod roborationem ventriculi prætereunt.	27
Quod in buponibus extrinsecis venam incident.	28
Quod in laterali morbo minaunt ab aduerso: vel in pede.	29
Quod in vrinis turbatis sanguinem mittunt.	30
Quod in hæmoptoicorum curatione sunt segnes.	31
Quod in cognitione hæmoptoicorum propriè aberrant.	32
Quod administrant puluerem cordialem cura cibis.	33
Quod in vermium cura dant res leues & incognitas.	34
Quod in febre pestilentiali procedunt cum infrigidantibus.	35
Quod pulicarem morbum, morbillum credunt.	36
Quod in morbi gallici dignotione causis & cura pectant.	37
Quod non expectant operationem medicinarum.	38
Quod in doloribus non vtuntur propriis.	39
Quod in vehementibus doloribus timet mittere sanguinem.	40
Quod in nephriti vtuntur diureticis cibis.	41
Quod concoquentia tria faciunt.	42
Quod in hydrope vtuntur soldanella.	43
Quod in fluxibus cum febre dant cassiam.	44
Quod catapotia dant proximè à cœna vel ante cœnam.	45
Quod in matre puerorum cum febre dant rutham & castoreum.	46
Quod sæpe derelinquent zygros, qui postmodum sanantur.	47
Quod nouiter natis quædam medicinalia dant.	48

- Quod thermarum aquas sœpe a numero dant, & ma-
lo modo. 49
Quod in distillationibus ex igne cauteria exhibet. 50
Quod aloem proficuum ac salutarem in vita regimi-
ne credunt. 51
Quod in vere purgant, & minuunt plurimos quibus
nocent. 52
Quod balnea crurium & manuum in febribus per-
suadent. 53
Quod cibant in nocte. 54
Quod vitant criticos, qui non sunt dies critici. 55
Quod purgant in morbis iuncturarum. 56
Quod vtuntur temperatis in complicatis affecti-
bus. 57
Quod aurum imponunt coquinez. 58
Quod non obseruant momentaneam concoctio-
nem. 59
Quod accidentibus curam exhibent. 60
Quod vitant hyemem in detrahendo sanguinem. 61
Quod dant caſiam post incisionem venæ. 62
Quod fluentibus mensibus timent venā incidere. 63
Quod nō audent scalpere in cucurbitulis absque pur-
gatione. 64
Quod curant phthisicos fucosa cura. 65
Quod exturbant ægros à somno. 66
Quod inungunt renes ex vnguento Galeni. 67
Quod quandoque præponunt medicamentum ſectio-
ni venæ. 68
Quod vtuntur iuribus in confortando ventricu-
lum. 69
Quod in hectica dant medicinas. 70
Quod dereliquerunt viſum incisionis arteriarum. 71
Quod prohibent aerem liberum ab ægris. 72
Quod exercitationem à cibo noxiā ſemper exifti-
mant. 73
Quod in articulari morbo, præcipue in podagra dāt
decocta cum vino. 74

I N D E X.

Quod in vulneribus capitis terebrationem osis fru-	
strâ molliuntur.	75
Quod in lapillo renum abstinent à duobus præcipuis	
auxiliis medicamento & venæ sectione.	76
Quod medicamenta venenū habentia refugiūt.	77
Quod purgationem venæ sectioni præfetunt.	78
Quod instrumenta plurima ad chirurgiam necessaria	
ignorant.	79
Quod in pestilentibus febribus inediā imperant.	80
Quod in doloribus enemata intempestiuē exhib-	
ent.	81
Quod in colica viūtur perperam oleis exterius.	82
Quod album cibam ægris dant, deinde obseruāt res	
nullius momenti.	83
Quod rhabarbarum in asclite, in podagra & colica no-	
cet & fccis temperaturis.	84
Quod consulunt ægris & sanis ut super plumam dor-	
miant.	85
Quod sal & arteria ab ægris remouent.	86
Quod vinū in exhibitione ligni indi coquunt.	87
Quod medicamenta expurgantia ex diuersorum pur-	
gantium naturis conficiunt.	88
Quod administrationem anatomicam oscitanter &	
raro exercent.	89
Quod laeserpitij succum ignorant, cùm præ manibus	
habeant, præcipuisque carent auxiliis in singulis	
morbis.	90
Quod loco sectionis & cauterij escharotica emplastra	
exhibent.	91
Quod sèpius in fine febriū balnea prætermittūr.	92
Quod in capitibus vulneribus & superiorum partium	
non purgant validis medicamentis.	93
Quod in morbis pectoris conantur medicamenta ex-	
purgaaria exhibere.	94
Quod potum inter cibum administrant.	95
Quod prisane vsum prætermiserunt non maximè se-	
cundum propriam rationem.	96

- Quod in cura attoniti morbi seu apoplexiæ non uno modo grauissimè peccant. 97
Quod in hydrope ascite aberrant secando ven-
trem. 98
Quod frustra timent lac & oua in febribus, & cur ab-
stinuerim à difficultoribus disputationibus. 99
Quod scriptores horum temporum plus consulunt
ornamento orationis, q[uod] utilitati legentium. 100

Quæ in libello de simplici medicina continentur.

- Quod nulla simplex medicina est sine culpa.
De principalibus vniuersisque medicinæ iun-
mentis.
 De earundem propriis nocentis.
De ipsorum nocumentorum peculiaribus emenda-
tionibus.
 De quorundam illarum malo usu.

Ζεόγιατημέσαντες, ἀποφθί μετο πεθέουσι,
 Καὶ ποθ' ὑπὲρ τύμβων, καὶ ἀπόθεν εἰδώλων
 Αστεῖα γείκος ἐπίλθεν ἔργη δίστησατο λαός.

H. CAR-



HIERON Y MI C A R D A-

N I M E D I O L A N E N S I S M E D I-
c i , in librum suum de Methodo medendi,

P r e f a t i o .

MEDICAM artem antiquis temporibus maximo in pretio habitam fuisse, historiaz, & diuina scriptura tradiderunt: cum tamen ab initio conditæ artis, Gnidiaæ sententiaz prævalerent, quas sapientissimus Hippocrates libro, qui de victus ratione in acutis inscribitur, reprobauit. Incertum verò est eius temporibus, cui maior fuerit authoritas, an Hippocrati, an his, qui Gnidias sententias sequentur. Mortuo tamen Hippocrate, eius instituta, posteritas Gnidii sententiis anteposuit. Itaque factum est, ut abusus perniciosi in optimos usus verteretur. Sed cum nulla ætas calamitate sua carere possit, hæreses, Methodica, & Empirica, contrariis præceptis huma-

B. C A R D A. A

nam salutem in discrimen deduxerunt, quorum vestigia ex Celio Aureliano etiam his temporibus videre licet. Tantæque iacturæ alia nō minor ex opinionibus adiecta est Tescali, Erophili, Dioclis, Erafistrati, Asclepiadis, qui non tantum superstitiones (summa mendendi autoritate gloria comparata) inferuerere: sed ita famosus vixit Asclepiades, vt ad integrum ipse in columnis senectutem perueniret, hominémque rogo impositum ad vitam reuocauerit. Quorum monumentis tam varia, tam incerta contrariaque dogmata relicta sunt, vt nisi Galenus Pergamenus, medicorū gloria, fuisse subsecutus, iam de medicā arte actum esse videretur. Etenim quæ illi pro salutaribus auxiliis inuenierant, non tantum nō salutaria & noxia esse, sed & letalia, deprehensa sunt. Cūmque quod fugeremus, incertum esset, experimento cum illorum dignitate pugnante: quod sequeremur, non haberemus, nullo docente, meritò factum est, vt Plinius vir acti ingenio (quia ante Galenū fuerat) medicinam sui temporis, medicosque, qui eam exercebant, summis iniuriis, accusationibúsq; prosequeretur.

C O E P R V N T itaque à Galeni morte cōmodiora auxilia occasionēsque medendi ex eius libris, tāquam ē perpetuō fonte, hauriri. Quoniā vir ille optimus non vnius ætatis aut regionis, sed omniū, qui ante ipsum fuerant,

utilia præcepta congesserat, quædam etiam propria inuentione superaddidit: quæ non humana, sed potius diuina videntur: qualia sunt, quæ in dissectionum pulsuumque libris edita sunt. Harum doctrinarum alteram nullus eorum, qui eum secuti sunt, plenè adeptus fuisse, nedum auxisse videtur. Cumque ratio disciplinæ postulet, ut non solum inuenta cognoscamus, verùm inuentis aliquid adiiciamus, cum in his hoc fieri nequiverit, meritò sanè hæc doctrina miraculi quādam speciem præbere videtur. At nec tamen Galenus (quanquam accerrimus esset disputator) suis temporibus potuit opiniones ac medendi methodum à se inuentas, inuidiâ contemporanorum medicorum reluctante, aliis persuadere. Vbi vero ipse in fata concessit, extinctâ secum simultate, veritas refulxit. Perseuerante igitur medendi consuetudine, quā Galenus inuenerat, cum eam in ordinē commodiorem (licet non meliorem) redactam, Paulus, Alexander, Aetiusque monumentis reliquissent, bellis vndique ac scismate religionis Christianæ flagratis, literæ ac bonæ artes ad Arabes, qui eo tempore quietiores opulentioresq; fuerat, translatæ sunt, vnde quædā pseudodoctrina à Rasi, Haliabbe, Auenzoar, Serapione, ac Auicenna introducta est: qui partim ingenij sui confidentiâ, partim etiam malis versionibus linguarum innitentes (prò pudor) quantum in

A ij

P R A E F A T I O.

4 nominibus rationeque morborum peccauerat? qualia medicamenta mutauere? membris hominis, nec formam, nec situm, nec numerum sanum dereliquerunt. Non constant in vertebris, non in musculis quo sint, concavos neruos à situ variant, discretiuam membris sanguinis effectricem venis adiiciunt, ac pleraque alia penè innumera, quæ nunc enumerare non est præsentis instituti.

RECENTIORIS breuitatis ac facilitatis causa, expòitorumque authoritate inducti, cùm etiam literæ Arabum ad nos citius peruenissent, Arabes ipsos, non Græcos, secuti sunt: vnde non tantum errores illorum imitati, sed & longè plures admirerunt, nihil sani relinquentes, nec ipsos vniuersales canones, qui illæsi etiam apud Arabes fuerant, custodiunt. Itaque factum est, ut aliquando médicinam, non aliter quam Mahumethani fidem religionemque defendant.

GRAVE, me hercle, certamē aggredior, qui adeo inueteratos errores, ac apud totū penè orbem diutino vsu firmatos abolere tentauerim. Quod cùm humanæ salutis beneficio, non cuiusquam peculiari odio aut iniuria agam, cuactis, qui medicam artem exēcent, quique veritatis studio tenentur (quos quamplurimos futuros spero) gratam ac iucundam rem facturum putarim. Non solum enim errores ipsos, causamque errorum retexam, sed

& veram medendi rationem explicabo. Neque id quispiam putet inutile. Licet namque antiquorum doctrina abusus illi tolli nequiverint : non tamen desperandum arbitror , quin collatis eorū authoritatibus rationib[us]que diligentius discussis , melioribus etiam translationibus antiquorum sententia intellecta, abusus illi in optimos usus conuerti possint . Sicque humana valetudo variis ac periculis erroribus hucusque quassata, melioribus Hippocratis & Galeni institutis instaurata, in posterum redimetur ac fouebitur.

Quod insanabiles morbos curare aggreduntur.

Cap. I.

PRIMVS abusus est , cùm insanabiles morbos medicamentis amoliri aggrediuntur: quales sunt Phthisis, Scleriosis interior, Tabes confirmata, similésque. Nam non solum quia curare non possunt , in melius traducere nequeunt, sed in longè deterius : ac citò necant, alioquin longo tempore duraturos.

Quod autem ita sit, manifestum est. Omnis incurabilis morbi causam confirmatam ac inseparabile corpori esse necesse est. Quod autem tolli non est possibile, pari ratione nec minui fas est (cùm si minuatur, eadem ratione auferri poterit.) Igitur non licebit è morbo

A iiij

6 DE M E T H O D O

quicquam detrahere. Omne autem auxilium siue vietus, siue medicamentum, siue opus manus, virtutem minuit, humores turbat, membra aliena qualitate inficit. Cum igitur nocent, nec iuuare quicquam possint, conuenit, ut morbum deteriorem reddant, & a grum morti velocius addicant. Causam etiam ex

6. Aphor. Hippocrate intelligere possumus, Cacros occultos melius est non curare: curati enim citius pereunt. Quod in hoc incurabili morbo dixit, in reliquis voluit intelligi: in quibus pars ratio patem promittere eventum. Hoc ego vidi saepissime, mulieres cancris occultis laborantes, annis quadraginta superuixisse, satis non culpatâ valitudine: cum nullum neque viginti annis cancro ulcerato laborantem vivisse constet, cum plurimi & iam eorum bienio finiatur. Complures tamen medicorum hos morbos plurimis causis sanare aggrediuntur: quidam, quod non potest eos nequire sanari: alij, quod et si sanare posse desperent, in melius tamen perducere confidunt: alij gloriae studiosi, alij pecuniae auiditate, dum nihil perdere ex hoc timent, nimium sunt audaces. Quia in re illi plus damnandi sunt, qui genere morbum incurabilem, quam qui magnitudine, suscipiunt sanandum. Diuini enim res consilij esset, omnem morbum genere sanabilem intelligere, an curationem recipiat, an non. Vnde Hippocrates, Acutorum morbo-

2. aphor. 19

rum non omnino sunt certæ pronuntiationes salutis, aut mortis. Galenus autem exposens inquit, Hoc scire licet, solum in chronicis, non autem in acutis. Licet Rasis non omnino certam in acutis cum Hippocrate spem esse dixerit, longè tamen minorem in chronicis passionibus securitatem euentus credidit, contra Galenum directè inuestitus. Satis igitur pro confessio habeatur, multarum passionum finem ambiguum fore.

CYRA igitur blandiente in talibus bonum est vti, victum talem instituendo, qui virtutem non minuat, morbo suppetias non ferat, dolores, symptomataque sedativa, corpus molliendum, ita ut cause virtuti obnoxiae aut morbo suppetias ferentes non augentur. Hoc est, quod dixit Princeps, & à rationali cura non desistas, quoniam multoties aliqui sanantur absque spe aliqua mirabiliter.

*4. quarti
tit. 2.e.10.*

*Quod in victu procedunt augendo versus
statum. Cap. 11.*

SE C V N D V S abusus est, cum in victu ita peccatur, ut saepius fortunæ melius quam medicis, æger committatur. Reclamat diuinus Hippocrates, nisi cibi tardium adsit, crassiore victu utendu esse in morbi principio, ac demum morbo invalescente ita paulatim attenuandum, ut parum, aut nihil concoctionis tempore ægro cibi exhibeamus. Plurimi tamen,

A iiiij

8 DE M E T H O D O

ut aliquid instituisse videantur, à principio mulierumque conuitia timentes, etiam nullo cibi fastidio existente, subtilem instituunt victum: postmodum concoctionis tempore, oua & ex carnibus contusa exhibent, ita ut ad mortem saturi, si non medicati saltem accedant. *Quod ad li- terā reprehe- ditur 2. ra- gi. acuto. c. 38.* Hocque cum recte sit Hippocratis mādatis oppositum, ita tamē est generale, ut vix credi possit ab antiquorum mente fuisse alienum.

Vt igitur præstat, ægro in principio labrante, intelligere, an cibi tedium adsit, an non: si adeat, victu extenuetur leuissimo, quo usque ad statum perseveret, si propinquus adeat: Si remotus, quo tempore cibi tedium caret, eo cibandus est, ita ut continuè victum exiliorem facere possis. Quod si fastidium non est, morbusque acutus, pane loto, aut ptisana bis in die, aut ter cibandus est, continuè que minuendus usque ad statum cibus. Hoc modo quō seruabis ægros, qui victu suo suffocantur? Quod si morbus est leuissimus, carnesque aut oua sunt danda, dabitis à principio, deinde ad ptisanam status tempore pertransibis, nec virtutis periculum est, ut in sequenti dicetur.

Quod nimium pingui vtuntur, dando carnes

& oua. Cap. III.

TERTIVS usus malus est, cum febrentibus carnes & oua exhibent, dicentes, no-

stri temporis ægros antiquorum victum sustinere non posse, consuetudinemque multum valere.

Cum nos videamus aliquot in carceribus sanos pluribus annis pane & aqua alitos vivisse, longè autem minus infirmo cibi, quam sano debetur: plus etiam alit ptisana ac decocetus panis, quam crudus: nec volumus eum pluribus annis, sed paucis dūtaxat diebus, donec morbus transeat, abstinentiam sustinere. Nec, quod dicunt de consuetudine, attendendum est: quia contra eos facit. Antiquitus enim plus cibi carniumque sumebant, ut ex historiis facilè appetat, ut quandoque arietem uno prandio absumerent. Si igitur attendenda esset consuetudo, subtiliore nunc victum institueremus. Præstat igitur ptisana aut pane cocto, aut panico, aut oriza ægros alere, nil ex carnibus aut ovis dare, donec morbi iudicatio pertransierit ad duos dies, in grauibus acutissimis morbis. Nam aliter facientes ægros interficiunt, non alunt. Quod si virtus valida fuerit, adhuc tenuiore victu opus est. Nam necesse est aliter facientibus alterum trium sequi, aut mortem, aut morbi longitudinem, aut accidentia sæua. Quorum primum, malum: secundum, damnosum: tertium, timorosum. In morbis autem longis, aut intercedentibus, ut tertiana, aut duplex tertiana, parumper crassiore victu ictus est, secundum morbi magnitudinem.

*Vt de Hes-
phestione in
Alexandri
vita ex
Plutarcho.*

i. reg. acuta.

Quod contusa & aquam carnis exhibent.

Cap. IIII.

*i. primi
doc. 4. c. 2.*

QUARTVS abusus est, cum in victu ad contusa & aquam carnis transeunt etiā a principio, quod valde noxium est. Nam nutritiens masticatione concoctionem acquirit. Secundò mandendi vim auferunt. Tertiò, quia plus ingurgitant, quam virtus ferat: non enim ita decipimur comedendo, sicut bibendo. Quartò, quia aqua carnis longè deterior est iure, cum minus nutrit & calidior sit. Hoc autem dicunt, quoniam corrigitur: at nunquam tantum corrigitur, quantum oportet. Et etiam quia eadem correctio iuribus adhibita melius proficiet. Quod etiā pulchro experimento colligitur. Videbis enim contusum edentem feces biliosas protinus excernere: si cum pane & carne paueris, naturalis egestio sit. Hoc saepius animaduertimus. Vnde credēdum est non omnino probatum esse alimentum, quod ex contuso gignitur. Sapissime enim biliosa ac soluta fex ex eo pura procreat, quod in febriente malum signum & causa pessima dici potest. Hoc peccato nullum est deterius. Nam ut hypocritae sunt omnium hominum scelestissimi, ita ea auxilia noxia magis, quæ quandam auxilij spem habent, nocēntque. Existimant enim, quoniam faciliter deuoratur, & carnis substantiam in se habere creditur, & cum an-

nexus emendata videtur , proficere multum posse, quia facilius est impleri potu , quam cibo , vt dixit Hippocrates.

C O N S U L T I V S igitur fuerit, donec mādendi facultas adest, ptisana vti. Quòd si necessitas alimenti cogat, carnibus leuibus cum pane. Nam Galenum ita consuluisse s̄epe video. Quòd si cum hoc mandēdi potestas non sit, vtatur contuso emendatiore ex carnibus: quòd si virtus adhuc debilior extiterit, iuri- bus correctis.

10. & 12.
artis curab.

Quòd laudant olera, tanquam cibos.

Cap. v.

QVINTVS Error est, cùm lactucam, endiniam, buglosam, lupulum cibos optimos collaudant, cum ratione cibi ad carnes, panem, ptisanam, lac, oua, orizam, comparatae, sint longè inferiores ac medicinalem vim habeant. Non ergo, alimenti ratione absolutè bona dicuntur, sed absolutè mala. Quod igitur comparatiuè dicimus, rectum est: quod absolutè, noxium est, tum sanis, tum etiam ægris corporibus.

N O N est igitur consulendum sano abso- lute, vt herbis aut radicibus aliquibus vesca- tur, lactucamque inter olera minus pernicio- sam non bonam esse dicemus: ægris etiam cum animaduersione consulemus. Cæteras

lib. de cibis
boni & ma-
li suci.

12 DE METHODO
herbas vituperat omnino Galenus.
Quod vinum negant ægris.

Cap. VI.

*22. artis cu
rat. fo. 129.* SEXTVS usus non rectus est, cum vinum
ægris negant, quia materias subtiliter, & ad
caput trahat, cum vinum album sit frigidum:
multa etiam corpora humorum attenuatio-
ne indigent, atque solùm his quatuor casibus
noxium, quos vel dolor capititis assiduus, vel
phlegmone tentat, vel delirium offendit, vel
I. ad Gla-
enem c. 13. febris ardens cum cruditate inuasit. Cæteris
autem utile est, ex Galeni doctrina, sed non
inutile etiam phlegmonibus ad suppurationē
iam redactis, Quibus autem vinū est inutile,
his amplius nocent carnes & ossa. Quod ergo
inutile est, conceditur, neglecto salutari potu:
decepti Arabum consuetudine, quorum præ-
ceptis, tum propter legem, quæ à vino eos ar-
cet, tum propter aëris temperiem, quæ longè
calidior est, à vino temperare iubemur. Itaque
hac de causa à vino abstinentes, morbos pro-
crastinat, longèque tardius ad sanitatem per-
ducunt. Is autem error è validior perspici-
tur, quanto æger ventriculo est imbecilliore,
ita ut quandoque ad aquam inter cutem per-
ducatur.

CONSIDERABIS igitur primò, si vinū
non permixta mala qualitate ab ægro sentia-
tur: si non phlegmone, non dolor assiduus va-
lidusque tenet, vinum album administrabis,

Si verò desiderat vehementer , materia concocta, aut suppurato phlegmone lateris, dabis vinum album dulce: ita enim consultit Rasis.
Et nos destitutum aliquando à quodam medico, ac persuasum animam efflare , quoniam in pleuresi vinum conuenire non putabat, sanitati restituimus. Erat enim æger annorum, 70, & suppurato phlegmone , nihil eorū quæ intus erant, ob virtutis imbecillitatem expuere valebat. Cùm verò ventriculus valde infirmus est, raro vinum negabis. Plures enim sanauimus in morbis pestiferis ægros derelictos sola vini potionē, cùm virtus tantum attenuata esset, vt infra horam, expirare credentur . Oportet autem medicum esse eruditum, & natura prudentem : non enim paucis verbis tantum arcanum distingui potest.

Quòd melones præponunt multis fructibus.

Cap. VII.

SEPTIMVS usus non admittendus est ; tam sanis, quām ægtis, cùm melones tanquam minus culpatos fructus concedunt, quòd odore sint non ingrato, sapore autem iucundissimo. His autem qualitatibus decernitur cibi natura: èò autem maximè, quia parum deterior cibus aut potus , suauior autem, melioribus quidem , sed minus suauibus est præferendus. Cùm verò consideras paruitatem radicis, & stipitis eximiæ magnitudinis

4. cōti.ca.3.
fol. 86. 3.
87.

2. aphor.38

14 DE M E T H O D O
eius habita ratione, & quam proximus terræ
sit, & quod super eam perpetuo iacet, &
quod ab omni aëris qualitate permutatur, &
quod augmentum eius est velocissimum,
confiteri cogeris, melonem, nil aliud esse,
quam putridum terræ humorem, aliena qua-
litate coloratum, virtus omnia habentem, no-
xiū ventriculo, iecori, spleni, intestinis, pul-
moni, renibus, vesicæ, humores non solùm
putridos, sed venenosos fluxosque facientem.
Ad febres acutas pestilentiales, ad apostema-
ta, ad dolores, ad difficultates intestinorum
paratiſſimum, à nullo authore quanquam
egregio, satis vituperatum, noxas omnes ho-
rarij fructus tantò habet ampliores, quanto
eius magnitudo, succi multitudo, paruitasque
causæ concoquentis, omnibus aliis fructibus
maior est. Adde quod nulli potui rectè socia-
tur. Nam cum vino humores pessimos pro-
ducit, vesicæ maximè obest, & iecori, & re-
nibus, & phlegmones gignit cum aqua leui-
tates intestinorum, celiacum morbum, diffi-
cultates intestinorum, appetitus deiectionem
subito operatur. Quod autem Hippocrates
cousulit, rectum est, ut parum deterior, non
multò deterior cibus sit præligendus. Boni-
tas autem saporis, & odoris mansuetudo, in
eodem genere cibi ad iudicandam salutarem
vim multum proficiunt. At in diuersis gene-
ribus nequaquam. Siliqua enim exitialis est

cibus, si Galeno credimus, & fungi, & tubera, boletique, & melongena. Nemo tamen salubri cicorio ptisanaque ordeacea negabit esse gratiora.

C O N S I L I V M igitur meum est, ut non solum dimittatur, sed ab ysu humano explodatur, etiam principum Decretis. Nam quæ lues est pernicioſior, quâ quotannis multa milia hominum pereunt? Mirumque, quod à medicis hæc pernicies consulatur, omissis vuis & sicubus eiusdem temporis fructibus longè minus noxiis.

*Quod cibum vberiorem dant in prandio quam
in cena. Cap. VIII.*

O C T A V V S vſus explodendus est, cùm cibum vberiorem capiendum in prādio, in cœna leuiorem consulumus: alij oppositum totum, vtrique ita grauiter errantes, ut nul- libi amplius. Nam cùm post cœnam quies & tempus prolixius, & somnus, & continentis frigiditas subsequantur, meritò cùm hæ om- 3. de vñctas nes causæ concoctionem iuuent, cibus in cœ- ratione & na copiosior debet esse quam in prandio. 2. de elemē- Quod etiam Galenus in consilio morbi comi- tuedasanit. tialis sentire videtur, ac alij plurimi celebres authores: Quod si nimio cibo peccare conti- 4. de 6. de gerit, vel noxio, cùm error ille vomitu leuis- Princips tertia primi simè corrigatur (quod hora somni fieri ne- & prima quit) conuenit, quod admissus error in copio- tertij.

16 DE M E T H O D O
 siore cœnâ hac de causa grauior fit, quam in prandio: quia propter quietem & somnum nō ita facile, aut vomitu, aut à piloro crudum descendit inferius. Vehementius igitur spiritualia offenduntur. Non igitur rectè consulunt, qui peccare leuius in cœna dicunt. Ob hoc neminem vidi illorum qui assumpto veneno, antequam vomerent, dormierunt, curatū fuisse. Tuitius igitur in malis cibis, aut valde nimis periclitamur in prandio, quam in cœna.

M E L I V S igitur est in cœna plus comedere vbi vel moderatè comedendum sit, aut leviter peccādum, ita ut peccatum illud citra vomitum, aut alii deiectionem possit emendari. At si peccatum graue futūrum sit, ut non possit corrigi citra eiectionem, ut quando nimis copiose implemur, aut prauum omnino succum ingerimus, tunc leuius peccamus in prandio, raroque veneno in prandio sumpto mori contingit ob hanc causam. Non igitur consulendum est in altero duorum, cùm distinguendum sit. Adde ne vsum eius, qui longo tempore assuevit, permutare coneris, si cū inculpata valetudine vixerit. Multos enim claros viros ea de causa damnum non leue assecutos scio, cùm plus detrimenti ex mutatione consuetudinis, quam iuuamenti ex recto viuendi more consecuti fuerint.

Quod

*Quod omni leui causa consulunt medi-
cinas.* Cap. 1X.

No n v s v s us est non amplectendus, cùm
consuetudo sit quorundam medicorum
in omnibus etiam leuissimis dispositionibus
consulere ægriæ victum tenuem, & medica-
mina imperare: ut in grauedinibus, in corri-
zis, in doloribus membrorum exteriorum, in
ephimeris spontaneis. Nam talia sæpenume-
ro sunt naturæ dimittenda: non semper natu-
ram auxiliis medicinæ assuefacere debemus,
quoniam pigror redditur ad deliquia instau-
randa: & multò est grauius persæpe nocumé-
tum, quod medicina conciliat, quàm morbus
qui auferunt. Simile est hoc his qui per fœnus
debita persoluunt. In grauissima enim semper
labuntur, dum modica extinguerè putat. Hoc
est, quod dixit Princeps. Amplius scire debes *Quarta pri-
&c. Sufficit in talibus, maximè vbi virtus for-
mis est, moderato vti regimine, & reliqua na-
turæ dimittere, dummodo periculum actio-
ris morbi non immineat, quod facile à perito
cognoscitur.*

V N D E obseruandum puto, omnes mor-
bos ratione certa victus egere, siue sint insana-
biles, siue graues sanabiles tamen, siue omni-
no leuissimi, ne quis forte ex superius dictis
errorem concipiat. At differt, nam in insana-
bilibus & leuissimis, victus pro sola virtutis
ratione, tanquā si morbus nullus adesset, con-

*Ex 6. aphor.
vijmo. 38.*

H. C A R D.

B

Die parvus
situendus est, quantitatis ratione habita, in
qualitate vero, ut contrarius sit morbo, & cau-
sa morbum facienti, & hic differt a viatu ex-
acte salubri. At in his, qui graui confluentur
morbo, non solum qualitatis ad virtutem ha-
benda est ratio, sed etiam quantitatis, ita ut mi-
nor sit cibus, quam a virtute concoqui possit,
ut morbo augmentum non ferat. Longè igi-
tur copiosius insanabili morbo, quam sanabi-
li detentus paribus virtutibus existentibus a-
lendus erit.

*Quod carnes piscibus preponunt in om-
ni febrente Cap. x.*

DE C I M V S errandi locus est, cum gene-
raliter carnes febrentibus dant, & pisces
negant, moti autoritate Rasis in, 3, ad Almá-
so, cap. 16. dicētis, quod omnes pisces sunt du-
rae concoctionis, & longam moram in stoma-
cho trahunt, & sicut faciunt, cum non animad-
uerterint dictum, primo ad Glauconē cap. 10.
& 12. probari pisces in febribus tertianis, &
quartanis, eò quod facile concoquantur, prae-
ferréque eos carnibus in tertianis exquisitis.
Rasis autem corpori sano comparauit, & ma-
gnā parte improbatos cūstos damnauit. Per-
sæpe enim medicinali alimento est pisces, &
ut plurimum concoctionis leuioris contraria-
que qualitatis febri omni: cui si contingat, ut
a causa calida, ut sapissime est, fiat, etia cauſæ

febris aduersabitur. Hocque errore quāplurimi eo dum insaniunt, vt si quis contra ausus fuerit, pro imperito eum habeant.

V T I L I V S igitur erit in febribus ferè omnibus piscibus quām carnibus vti. Sint autem pisces ex mari, Gobiūs, Aurata, Arbor, & si ex saxatilium generibus à Galeno libro de alimentis recitatis quisquam inueniatur. Ex dulcibus, Lucius, & Peisicus, & vniuersaliter, qui squammosi albas & leues carnes habent, subtiles, lati, longique non antiqui salubribus aquis habitantes, Rasis authoritate, præferuntur.

C V I V S causa impudentiam erroris crassi preterire nolui saxatiles pisces, qui quibusdam generibus diffiniuntur, intelligentium pro pisibus qui inter saxa degunt, qui nulli sunt. Quod si eos qui in aquis saxosis habitāt, credunt. Abduani, & Ticinij, potius erunt saxatiles maritimis, cùm tamen saxatilium numero nullus ex aquis dulcibus comprehendatur.

Quod auxilia simplicia, & composita corrupta habent. Cap. XI.

V N D E C I M V S abusus est, cùm cuiuslibet medelæ auxilia corrupta habeat. Hic tantus est error, vt eius memorari me pīgeat. Pro cassia lignea, corticem palustris ginistræ: pro carpopbalsamo, mitti ciuisdam semen: pro zedoaria, quæ ex oriente vehebatur, incogni-

B ij

20 DE M E T H O D O

tam ex Germania radicē : pro luto Armeno,
rubram Appuliae terram: pro lemnia terra,vul-
garem cretam : pro doronico, insulam radi-
cem: pro galanga quæ ætiti simillima est, vt
Serapio docet, aliam acrem radicem : pro ca-
lamo aromatico , cuius substantia , quia cala-
mus est, inanis interius spectatur , acorum:
pro acoro consimilem colore , opere autem,
sapore, gustuque contrariam : pro xilobalsam-
o,lignum incognitum.Nam quę ad nos xi-
lobalsami quantitas aduehitur hericiniaæ siluæ
non sufficeret. Adde quòd extinctum est mo-
dernioribus referentibus: pro malabarro, fo-
lia lauri, aliquando citrangali : pro xiloaloe,
radicem oleastri odoribus imbutam:pro san-
daraca, quod naturale est, gummi iuniperi:
pro lacca,sandaracam in vsu aliquando intel-
ligentes: pro scordion herba,scorodon,quod
aleum est agreste nominis similitudine de-
cepti:pro vngue odorato,inutilē ostraci cor-
ticem : pro cinabari, quod è minera eruitur,
cinaptrium quod artificio argenti viui, & sul-
phuris constat. Similiter pro minio minerali,
artificiale: pro osse cordis cervi , cartilagines
boum:pro smaragdo,iacintho,saphiro,carbū-
culo , granato, orientalibus geminis , lapides
adulterinos, ex Europa, ac borealibus regio-
nibus aduectos : phillitum , pro scolopendro:
lichen pro hepatica : pro salutati neuorum
præsidio pede coruino,pedem columbinum,

quod venenum est: pro hermodactylo omnium auxiliorum quae teruis & iuncturis prodesse possint, præstantissimo, ephemeri radicem non solum inutilem, sed & strenue venenosam: pro yringo, cui nulla in bubonibus compar medicina inueniri potest, spinosam certè, sed ita dissimilem herbam administrat: ut iam cùm pro maximis alexipharmacis, maximavenera propinent, nesciam quid sperandum. Ita cùm non solum vnum pro alio medicamentum subministrante tiam carent quam pluribus, narcaphto, cancamo, ciphi, amomo, balsamo, ambram habent rarissimam, quæ non sit adulterina, diptatum, non illud Dioscoridis sine flore, & semine (nec quo vtuntur, ille est Vergilij) mirrham raram, buglosum in controuerchia, eupatorium adhuc sub iudice est. Infinita sunt, quæ connumerare non est præsentis instituti, quoniam quidam nostris temporibus clari habiti viti de his differuere.

lib. 3. c. 73.

T A C E O exæsta medicamenta, antiqua, mardida, corrupta, adulterina, defientia: quænam oratio tot vitia possit amplecti? Utuntur etiam quibusdam herbis non satis cognitis, quales sunt Daneia, Scabiosa, Pimpinella, quas & si omnino damnare nolis, confiteri tamen cogeris talium usum diuinando potius, quam medendo fuisse comparatum.

T A C E O composita medicamenta, quæ simplicium non solum peccatis scatere necel-

B iij

Se est, sed etiam quibusdā peculiaribus deliqiiis, vnde quis sanam Theriacā, aut integrum Miridatū demonstrabit? vnde sapientissimus Venetorum magistratus, roties eius compositionem fieri vetuit, cùm perfici posse nō existimaret. Cùm in clarissima vrbiū hæc non potuerint fieri, in nostris tamen non solūm ciuitatis, sed oppidis distribuantur: medicique, quod admiratione magis dignum est, vtūtūr. Melius igitur esset, vt de quoque simplici, publica inter medicos concordia quid esset qualéque statueretur: deficientibus, succidanea Galeni, aliisque alia ratione inuenta substituerentur, pondera, leges, ac electio adiungeretur. Demum ipsa compositio nō sine medici consilio fieret, publicē simplicia expenerentur. Quis sanè, rogo, fuit antiquus, qui vel simplicium, vel compositorum medicamentorum doctrinam non diligentissimè fuerit prosecutus? Nostri autem temporis medici Pharmacopolis ignatis, aut avaritiæ stimulo delinquentibus derelinquunt. Nōne hi solūm in famulitio medicorum censemur?

Quod aquis destillatis vtuntur.

Cap. XII.

DVODECIMVS abusus huic adiectus est, eadem materia, dissimili tamen ratione, cùm aquis destillatis vtuntur, in quibus neq; odor, nec sapor inuenitur, eius rei è quo

facta est, exceptis rosacea, violacea, & arden-te. Nam Absinthij aqua prædulcis est; ubi au-tem nec sapor, nec odor, ibi virtus esse non potest. Adde quòd plumbo & ære sunt, quæ duo metalla humano generi sunt perniciösissima, cùm viderim aliquos ob usum earum ad ventriculi tabem redactos. Et quibus unus fuit Franciscus Taegius physicus ac lector, qui iu-ventia prima, hac de causa, mortuus est. Pernicissima, & generalis hæc consuetudo propter facilitatem operandi, ac labores vitados, & saporis iucunditatem inducta, tot miseris ægrotantibus damnosa, tum à medicis, tum à Pharmacopolis.

C O N S U L T I V S igitur fuerit & antiquo-rum more cum decoctis operari. Nam in illis virtus residet, & mos ille ab eis, licet opero-sior, comprobatus.

Quod vntuntur simplicibus. Cap. xiiii.

T E R T I V S D E C I M V S error est, quoniā gloriae spe multa cum simplicibus operari posse sperant, è quibus etiam nunc sunt qui-dam celebres medendo habiti: contra quos, quia opusculum edidimus, inuchi nunc non est tempus.

Quod unus modus medendi est uni-versalis. Cap. xiiii.

Q U A R T V S D E C I M V S usus non ad-mittendus est, cùm singulæ ferè ciuita-B iiiij

tes quandam habeant normam communem
medendi in principio cum Calsia h̄c: Vene-
tiis etiam & cum electuario lenituo, vel de
sebesten: Ferrariæ, cum Catapotiis: In Hispa-
nia cum pomis dietam molitur tridui: atque
ita omnes calopodio vno calciare nituntur.
Quod si Cerdones nō aliter, multi magis nu-
dis pedibus, quām cum calcēis, spectarentur.
Hunc modum aliqui canonicè medendi vo-
cant, quem propter usum perpetuum norunt
aniculæ, Pigmentarij, Tonsores, nobiles om-
nes Veneti. Iam si omnes abusus tantum me-
dicis, quantum h̄c obessent, nemo certe vn-
quam medicus villam, aut prætoriam domum
emisset. At, dicent, in cunctis lenitio alii, iu-
uatiua à principio est: quid si non lenite, sed
eradicatiuè purgare conueniat? quid si venter
lenis sit? quid si venæ sectio moram non pa-
tiatur? quid si ventriculus sit imbecillus? nō ne
prius corroboradūs antequam leniendus?

ME^LI^VS igitur est, si sanguinis detractio
moras non patiatur, venam incidere: si ven-
ter lenis est, concoquere: si ventriculus imbe-
cillus, corroborare. Quot vides à principio
lenitium sine utilitate vomuisse?

*Quod nunquam à principio purgant erradi-
catiue.* Cap. xv.

QVINTVS DECIMVS error est, cùm
nunquam à principio eradicatiuè pur-

gant, sed illam operationem ad statum producunt, In principio lenitius contenti, vel his quæ materiam solum minuunt. Itaque ut exitiale est quiescēte materia eradicatiū purare, ita turgente ea ad inferiores partes, maximè ac in venis interioribus non purgare, longè magis mortiferum.

P R A E S T I T E R I T igitur, quod mihi sæ-
penumero contigit, ea turgente, à phlegmo-
nis metu liberasse ægros, forti à principio me-
dicamento exhibito. Vnde sæpius contingit
melius pauperes medicatos esse, quam diui-
tes ob errandi timorem. Quod etiam Gale- 11.lib.post
nus suo tempore de cataplasmatibus, testa- medium.
tus est, in curatiua arte, quæ iuxta præcordia
imponuntur.

Quod à principio semper à leuioribus inchoant.

Cap. xvi.

S E X T U S D E C I M U S abusus est, cùm in *quarta pri-*
mi cap. 1.
principio semper à leuioribus curam mo-
litantur : quodam canone Auicennæ dece- 1.aphor. 6.
pti, non attendentes Hippocratis dictum : 4.aphor. 10
Extremis morbis, extrema exquisitè reme-
dia optima sunt, & medicati in valde acu- *meliori*
tis eadem die, tardare enim in talibus ma-
lum est. Dum enim tempus procrastinant,
æger eò perducitur, ut nullo postea medica-
mento sanari possit. Adde quod cura non à
leuioribus, sed ab æqualibus est inchoanda, vt

3. & 3. ar- Galenus libro de temperamentis testatur. Sic
tis curat. maximos morbos lactucis curare aggrediu-
tur, vt si inter plures vnuſ euaserit, miraculum
fecisse videantur: si moriuntur, persuadeant
facile astantibus ægrum vi morbi non medici
inſtitia periſſe. Fides in hoc medico ſemper
proposita eſt, eum, qui moritur, non accusatu-
rum. Ego autem tibi dico, magnos morbos
non niſi fortibus auxiliis sanari à medico poſ-
ſe. Quod si aliter curentur non à medico, ſed
ſponte ſua ac naturæ robore, quæ omnia con-
temnit & ſuſtinet cauſa sanitatis, orta eſt: de
qua nullam medicus gloriam cōſequi debet.

**10. de inge-
nio. 7. col-
lig. cap. 31.** Nam, vt Auerrois dixit, morbi ſunt in triplici
diſſerētia: quidam ita parui comparatione vir-
tutis, vt ſponte ſanentur: quidam ita magni,
vt etiam medici auxilio iuuati, ægri tamen
pereant. In his duobus medica arte opus non
eſt. Alij autem, ita modico à virtutis robore
interſtitio ſuperantur, vt in his medicinæ au-
xilium deſideretur. Nam recte curati ſanātur:
aliter, aut pereunt, aut in prauas incident, ac
diſſiciles ægritudines.

**A 2 primi. ca.
22.** P R A E S T A T igitur in magnis morbis à
magnis auxiliis, in maximis, à maximis: in le-
uibus, à leuibus: in mediocribus, à mediocri-
bus initium medendi ſumere. Et hoc eſt ab
æqualibus inchoare. Quod si dubitatio acci-
dat, ne in grauius aut leuius auxilium incidas,
tutius à leuioribus, paribus cauſis, quām à for-

tioribus initium sumes. Et hoc est, quod à leuoribus molienda est cura. Melius enim est, infra subsistere, quam exquisitissimè euacuare. Cùm autem morbi natura ad statum per augmentum accedat, sìntq; in aumento fortiora accidentia, quam in principio, & meatus aperti magis: merito, si semper cum æqualibus cura mollienda est, in aumento dabitur locus fortioribus auxiliis, quam in principio. Igitur à principio respectu augmenti & status cū leuoribus inchoabis, & hoc est, quod voluit Princeps. Isti autem à leuibus simpliciter initium exordendum duxerunt. Quod si à maximis ortus est auxiliis, in illis persistes. *est ab os*

Nam in talibus tempore parùm differt status ab initio: si verò à magnis iuxta statū ad maxima eiusdem generis cura terminabitur.

Quod vitant, aut procrastinant sanguinis minutionem. Cap. XVII.

D E C I M V S S E P T I M V S error est, cùm in putrida sanguinis minutionem vitant, in Continua autem procrastinant. Vnde Galenus, omnibus putridis febribus venæ incisio salutaris est in arte medendi. Cùm autem intra venas humor extiterit valida virtute, & copiosiore sanguine, & morbo imbecilliore, & quia per omnia tempora auxiliū præstat. His quatuor causis tutissimè ac utilissimè etiā à prima morbi hora minutio siet. Quantò

*lib. II. post
medium.*

28 DE M E T H O D O
enim citius, eò utilius, ac præstantius. Ipsi verò cùm in multis interpolatis nulla obstante indicatione venam non incidant, in cōtinuis primam diem non solùm, sed quartam & septimam transeunt, merito fiunt periculi ac mortis ægri rei.

V T I L I V S erit in interpolatis si reliqua cōsenserint, sanguis verò plurimus fuerit, aut præmissa lenitione, si oportet, aut sine ea veniam incidere. Caeut tamen ne materiam peccantem intra venas trahas. In continua protinus ab inuasione prima venas incides, eò magis si materia phlegmonem moliatur, nitidis ventriculo, ac intestinis existentibus: a-
littera Aver. liter autem lenitionem præmittas. Vnde Ra-
7. col. ca. 1. sis in Continentibus plurimi eorum, ac omnes fermè, qui ante euacuationem sanguinē miserūt, mortui sunt: qui verò euacuationem ante moliti fuerūt, sanati: de pleureticō morbo loquebatur. Non ergo ad plus, secundam diem, aut tertiam sine sectione venæ perfrāsibis, si rectè operari volueris, vocatūisque fuitis à principio.

Quod partem materiæ purgant in morbis quietis. Cap. XVIII.

D E C I M V S O C T A V V S abusus est, cùm in non turgentibus morbis partem materiæ purgant, à principio: alij autem electuatio de Sebesten, ut Venetiis, Mediolani cum

Trociscis de violis sine Scamonea , vbi Tur- *Secundum*
bith adest , quòd nec verum Turbith est , & *Leonicensē*
medicina conturbans. Mens autem Galeni *sententiā 22.*
super aphorismo (Concocta medicari) est , vt *prime par-*
non sit , quieta existente materia , alia purgatio
vtilis , nisi lenitiua , super illud , Corpora cùm *9. secundae*
quispiam purgare voluerit. Nam melius eli- *particulae*
gere debet medicus : sed plus est quòd adimi *Idē quartæ*
tur ex virtute eo tempore , qām ex materia : & *prima ca. 3.*
reliquę partis concoctio impeditur , & obstru- *ad literam.*
ctiones augentur. Igitur cùm , quieta existen-
te materia , nullum accidens sœuum timeatur ,
non est facienda purgatio materiam minuēs:
multominus eradicatiua. Vnde etiam prima
Quarti trac. 1. cap. 7. Et apud me magis dile-
cta est administratio Clysteriorum secundū
mensuram , qua indigetur in virtute. Huic
rationi maximè credideris , si ea , quæ in bu-
bonibus extrinsecus incisis , ac non matura-
tis , aut expertus fueris , aut Albucasis dictis
credideris. Quæ enim ex his perniciosa sunt , *lib. 2. ca. 4.*
citius occidunt: quæ salubria tardissimè , aut
nunquam sanantur: maturata autem citò fa-
cilius , ac sine dolore , ad optimāmque sanitā-
tem perducuntur. Rationes autem Rasis in *1. lib. cōtra*
continentibus , de purgando à principio , alias *dicitū me-*
diuum. Materia igitur non turgente , nec ad *dicorum.*
vermes parata (istud enim quoddam genus
est turgentis materia) quantumcunque mul-
ta fuerit , non purgabis , nisi post concoctio-

30 D E M E T H O D O
 nem. Adde quodd in aliquibus lenitio fieri ne-
 quit, nisi cum solutuo addito, ut in rusticis
 & habitatoribus montium, qui castaneis alu-
 tur, & quibusdam hominibus, quorum natu-
 ram præscire oportet, vel visu, vel auditu. Sæ-
 pius etiam nulla indigemus lenitione, nisi ea
 quæ fit per Clysterem, cum venter nihil de-
 iicit, & ventriculus exaninitus est, pro qua
4. ad Al-
mæj. c. 18.

Quod nutrit, & purgant in statu.

Cap. xix.

D E C I M V S N O N V S abusus est, cum in
 statu vel augmento, materia virtutem
 opprimente, debilitas virtutis ab astantibus
 iudicatur, ob hōcque medici alterū duorum
 faciunt, ac persæpe vtrunque, cibant alimen-
 tis nutritiuis, qualia sunt ius, contusum, aqua
 carnis, ac purgant: quorum vtrunque, ita per-
 niciosum, ut nil deterius, cum morbi consi-
 stunt, ac vigent, Melius est quietem habere,
2. aphor. 29 dicebat Hippocrates de purgatione loquens,
1. aphor. 11. & alibi, In accessionibus subtrahere oportet,
Item 2. regi-
acuto. ad li-
teram. dare enim læsio, cibandi rationem insinuans.
 Omiseros illos medicos, qui modicæ gloriae,
 aut cupiditate pecuniae amicum, & sibi fiden-
 tem occidunt, conscientia perpetua labe com-
 maculant, seipsoſ aeternæ damnationi addi-
 cunt. Nemo enim eorum ita ignarus est, qui
 cum hæc faciat, se contra omnes medicinæ

regulas facere ignoret, ægrique perniciem accelerare: sed timentes ne mulierculæ, aut fame interfecisse, aut cùm oportebat, morbo auxiliari nesciuisse dicant, plus hominum calumniam, quàm Dei offenditionem timentes, tam manifestè peccant.

P R A E S T A T in his alium, si times, aduocare, omnésque vno consensu abstinere. Multitudo enim medicorum vnumquemque ab infamia vindicat. Si possumus etiam pronosticari de accidentibus, illud nobis maximè conduceit. At si fas non est, falsa infamia detineri melius est, quàm conscientia malorum perpetuò cruciari. Veritati enim insistas: nam infamia falsi criminis tandem extinguitur, cùm veritas fortunam pedissequam secum duxerit.

Quod omnibus purgationem post statum saltem expedire putant. Cap. xx.

V I G E S I M V S error est, cùm in cunctis purgatione opus ad sanitatem esse putant, dicto illo Avicennæ moti, & cum natura non mouet, moue tu hora motus eius: non quidem modum mouedi, sed horam determinauit. Vtilius interpretamur Aphorismum, Vndecunque natura repit, inde ducere particule, per conuenientes regiones. Multi sunt morbi, qui vrina, alij sudore, alij vomitu, alij sanguinis profluvio terminantur, alij buboni-

*Prima quatuor
titrac. 2.
cap. 7.*

*21 prime
particule.*

*3.de locis
affectionis c.2.
cap.11.* bus, alij herisipelate, alij vlceribus. Hos omnes conantur, alui profluuo finire, ventrem subducendo. Nonne dixit Galenus, Eorum quæ in thorace continentur, nihil posse per aluum excerni, vt in lateral i morbo, & peri-pneumonia. Cur igitur aut qua utilitate purgant tales? Nam de antecedente causa nihil est quod minuant, status aut declinationis tempore, cum auctio per se cessauerit. Nonne dixit Galenus, eorum morborum iudicationes per abscessus fieri, in quibus natura non perfectè dominatur? Hi frunt materiis extra erumpentibus: euacuatio materias intropellit, nec potest tamen perfici: quoniam natura non perfectè morbo imperat. His ergo pugnabimis ægrum perire necesse est. At dicent & febrem quideam habentis ventrem soluere melius est, quarta primi ca. 4. Hæc quidem indicatio est vomitus tantum comparatione, vnde subiungit, quām facere, vt ipse euomat. Quod autem dixit, Mouet tu hora motus eius, in noua etiam traductione versum est, hoc modo, Mouet tu motu cōuenienti motui eius, quare emendatum est.

S A T I V S igitur fuerit, dummodo indiciū natura purgationis præmonstrauerit, illam viam sequi, nec aluum mouere, nisi in viis ductuum materia quieuerit. Vnde in pestiferis morbis, quia natura non perfectè dominatur, cita iudicatio tentanda est: idque bonum

num sequi, quod in unoquoque genere commodissimum. Est etiam quidam purgandi modus vnicuique familiaris, Pleuritidi, sputum, aut vrina: ardentib; febri, sudor: Phlegmoni icteris, sanguinis profluuium: Tertiis, vomitus: spleni, varices, & vlcera in cruribus: morbillis, alui profluuium: pestilentialibus, abscessus, sudor, aut alui deiectione. Vomitus autem letalis iudicatio est.

Quod non utuntur, nisi medicinis quas appellant benedictas. Cip. XXI.

VIGESIMVS PRIMVS error est, cum in solis medicinis, ut dicunt, benedictis, consistunt Manna, Cassia, Sero, Rhabarbaro, & similibus: Nam cum materia grossa, aut melancholica fuerit, tollunt quod subtile est, & crassum derelinquent, & ita ex curabilibus morbis, incurabiles faciunt. Ut igitur non tutu est velle semper laboriosis medicinis vti, quæ robur virtutis exoluunt, & ad malas preparant ægritudines: ita nec laudabile, in leuis bus consistere, quæ morbos relinquunt deteriores, quam prius curandos assumperis.

ME^LI^VS est igitur in crassis leuisque materialiis non evacuate. Oportet igitur cum propriis semper operari. Serum enim in ultima subtilitate, lapis magnetis, in ultima crassitie humores subducunt: reliqua sunt intermedia, quorum ordinem alias in cōtradictore exposui.

H. CARD.

C

*Quod materiam semper euacuant paulatim,
ac concoquunt.* Cap. XXII.

VIGESIMVS SECUNDVS abusus est,
tolerabilis tamen ac defensione dignus,
<sup>4. primi
cap. 3.</sup> cum materiam paulatim docent concoquen-
dam, euacuandamque ex dicto Auicennæ: in
quo tamen verba non mentem affecuti sunt
Principis, quoniam longè citius terminatur æ-
gritudo, si ad unam tantum vniuersalem pur-
gationem referetur. Nam una euacuatio al-
terius impedit materiæ delinquentis coctio-
nem. Ita igitur intelligatur, vbi periculum de-
riuationis fuerit. Est autem cum virtus debilis
est, vel iuxta principale aliquod membrum
materiæ delituerit, aut nimis molle, vt Ade-
nes, & Pulmo. In his enim casibus etiam non
exactè maturum bubonem incidere cōsuluit
Albucasis: in reliquis longè melius citiusque
^{ub. 2. & 4.} una euacuatione soluitur morbus: Vermium
tamen memento. Nam in his, vt dicemus, ne-
dum aliquoties expectandum est concoctio-
nis principium.

*Quod dicunt non omnes morbos ad Physi-
cum spectare.* Cap. XXIII.

VIGESIMVSTERTIVS abusus est, cum
omnes eas ægritudines ad curam suam
pertinere negant, quæ sunt manifestæ, in qui-
bus accusari possunt: eas autem omnes profi-
tentur, quæ sunt difficillimæ, accusari que ne-

q̄eunt, decorationem igitur & infantium
morbos mulierculis: dentium dolores, tonsoribus:
vulnera, vlcera, collectiones, Chirurgi-
cis: oculorum virtus, circumforaneis herbariis:
Ramicem, & Herniam, Circulatoribus: puer-
perarum dolores, Obstetricibus: gallicam lue,
Impostoribus: luxatos fractosque articulos;
Restauratoribus relinquunt. Vbina Galenū,
aut Hippocratem, aut Albucasim, aut Aui-
cennam inuenient, qui non omnem artēm
profiterentur, medicamenta singulis paratēt,
de his apertē dissenserent? Vnde Galenus in
primis artis curatiā libris, totam eurādi mea
thodum à chirurgica ratione assumpit. Vnde
etiam ossa à capite extrahere docuit lenticu-
lari ferro, absque terebratione, quod etiam in
vſu est, Mirmetias etiam è cruce extrahendas
docuit. Herniam, puerarum passiones, in-
fantūmque distinctē descriptis. Vnde in con-
ſilio morbi comitialis dicebat, At ci qui vni-
uersales canones ignorauerit, nec sexcenta
præcepta sufficiunt. Impossibile enim est sine
curandi methodo, quamplam etiam, leuissimā
ægritudinem rectē curare.

C v R igitur si se medicos profiterentur, hæc
nesciunt? Si sciunt, cur literas nesciētibus pro-
uinciam hanc committunt? Quod si se victus
rationem & purgationem etiam in illis ordi-
nare fateantur, quomodo aut purgare, aut vi-
ctum ordinare poteris rectē, si morbi qualita-

6. artis curp.
14. eiusdē.

C ij

tem & magnitudinem ignoraueris? At dicūt,
à Chirurgo recipio. Nōne scriptum est, si cæ-
ous cæcum ducat, ambo in foueam cadunt?
Eo magis, cùm duo vel tres plerunque sint
Chirurgici etiam in maximis ciuitatibus, qui
literis operam dederint, reliqui tonsores lat-
uati, lanienam profitentur. At dicunt, morem
sequimur ciuitatis, quale illud sexto artis cura-
tiuæ, in fine. Sed cùm Romæ plurimūm age-
rem, ciuitatis morē secutus, permissa his quos
chirurgos vocant, maxima horū operum par-
te, non doctrinam, sed manus operationem se-
ostendit dereliquisse, quod ex prioribus ver-
bis licet deprehendere.

Q u o d si in hoc te non peccare, quod ta-
men haud possibile est, demonstrares, quam
tamen fidem, medice, tibi præstabo, aut vo-
micam, aut ventriculi sicum, aut in hepate vl-
cus probè curaturum, si Ozenam, aut Bubo-
nem, cui quotidie specillo, aut manibus im-
ponere medicamentum potes, sanare nesci-
ueris? An credam illud, quod intra est, leuius
esse, quod plerūque perducit ad mortem, aut
scientiam tuam Astrologo vel diuinatori cō-
parauerim, qui propria domus suæ peccata cū
ignoret, de remotis maximisque negotiis se-
scire profitetur? Cum enim vlcuscum, aut
Parotidem curare nesciueris, quomodo quis-
quā cogitate potest, quod interius est vlcus,
aut phlegmonem te ritè curaturum?

A d' medicum igitur pertinere arbitror perfectum, omne morbi genus scire curare, non solum per dietam, medicinas, & vngueta, sed etiam per manu operationem, incisionem, videlicet, vstitutionem, terebrationem. Quod tamē est illiberale, Chirurgo permittat, opus vide licet manus: quoniam longe differunt nescire operari, nec præcipere, ac nolle manibus exercere. Nam cūm hoc non sit decens, reliquum tamen non solum utile, sed etiam est necessarium. Difficiles enim bubones hoc modo curavi in triduo, ac decēnes fistulas inueteratas, ac derelictos extrinsecus morbos miraculi modo, quoniam interna exterioraque adiutoria probè noueram. Itaque solo famulitio auxilio, prout & Galenus, indigui.

Quæd lunæ positiones obseruant, ut non dent medicinas. Cap. XXIIII.

VIGESIMVS QVARTVS error est, cū Lunæ radiationes in exhibendis medicamentis vitant. Nam cūm ducere volueris Elleborum, moue corpus, dixit Hippocrates: Cūm verò luna cum sole coit, vel radiationem iniicit, mutatur tempora manifestè, quia elementa & humores agitantur. Igitur bonum est, tunc medicinam exhibere in coniunctione, corpus repletum purgabis, in quadrato post oppositionem purgabis melius, post venam incides.

C iii

Cum igitur volueris recte operari, facies illud hora aspectuum, maxima cum utilitate, cauebis tamen tria. Primum quod dies illa non sit indicatoria, vel verita ratione naturali. Secundum, quod æger non sit nimium debilis: ne si moriatut alia causa, culpent te. Tertium cōgressus Lunæ cum Saturno, vel Marte. Quod si hora radiationis cum Sole, Luna Ioui, vel Veneti societur, optimum erit purgare, vel minuere, ut placuit Galeno.

*3. de diebus
decretoriis
in prim.*

*Quod de inutilibus quibusunque rebus
illuminari decertant.* Cap. xxv.

VIGESIMVS QVINTVS est, cum de minutissimis rebus disceptant, grauiora prætereunt, ut videantur diligentissimi medici. Memini me aliquando vidisse clarissimos medicos concertantes super differentia duarum drachmarum, à quatuor, syrapi de lupulis, qui tamen taucedinem per venæ incisionem curare nitebantur, nescientes illud modernioris, Qui taucedine detentus minuitur, nunquam curatur. Merito igitur tales non Medicos, sed Sophistas optimus appellauit Auenzoar. Decimant enim Mentham, & Anethum, & grauiora legis derelinquent. Optimum medicum decet, non ita subtiliter minutissima trutinari, quandoquidem non sufficiet grauioribus omnibus existimandis.

Quod frictiones dimitunt frequenter.

Cap. XXVI.

VIGESIMVS SEXTVS abusus est, cùm frictiones non nisi paucis morbis impe-
rant, propter dissuetudinem: cùm tamen cunctis, nullis exceptis, non solum viles sint, sed & necessaria. Vnde Celsus, Frictio cùm lib. 4. c. 31.
omnibus vertebris sit necessaria, maximè ta-“
men vtilis est his, quæ in collo sunt. “

AD NOTARE lubet alium errorem in fri-
ctione excipientium pectus, & spinalem me-
dullam, quoniam Galenus de solis cruribus
& brachiis loqui videtur. Nam Celsi autho-
ritas, & ratio dictant, neque dextrum hypo-
chondrium fore in frictione excipiendum.
In cunctis igitur morbis frictio vtilis est &
necessaria, & quocunque morbi tempore, sed
pro corundem diuersitate varianda.

*Quod roborationem ventriculi pra-
tereunt. Cap. XXVII.*

VIGESIMVS SEPTIMVS error est, cū in omnibus morbis permutata victus ra-
tione, necesse sit ventriculum à propria
fortitudine minui. Conuenit igitur semper ei
præsidium admouere, quod tamen negligunt.
Vnde Galenus ad Glauconem, In cura tertia-
næ nothæ, & quotidiane, consuluit, tanquam
magis manifestè ventriculo laborante, con-
fortatia admouere præsidia, tum per interius,
In primo.

C iiii

40 D E M E T H O D O

tum etiā per exterius. In frigidis calida; in siccis autem solam lactis pinguedinem prodesse inueni. In reliquis autem causis maxima auxiliorum copia non deest. Cōuenit igitur omni morbo, omnique vniuersali eius tempore, hæc duo semper præ manib[us] habere, frictiōnem, & ventriculi conseruationem.

*Quod in Bubonibus extrinfecis venam
incident. Cap. x x v i l l i .*

*Ex Gal.
senectetia 2.
ad Glanc-
uem 2.*

*lib de hiru-
dibus.*

VIGESIMVS OCTAVVS error est, cām
in Bubonibus, ceterisque abſcessibus,
quos natura foras ad loca minimè peri-
culosa destinat, sanguinis minutionem saluta-
rem decernunt, solumque quod quātitas ma-
teriæ auferunt, considerant. Quod autem mo-
do non conuenienti, non aduertunt, decepti
authoritate Galeni. Cucurbitulae non nisi va-
cuato corpori conueniunt. Nam cū mede-
la hæc ad diuersum trahat, periculo maximo
viam naturæ, ac conatum impedit: cūmque ab
extra ad intus, perniciem molitur. Duplex igi-
tur malum est, naturæ impetum rationalem
auferre, ac ad loca periculosa materiam tra-
here. Galenus autem eo loco Cucurbitulas si-
ne scarificatione, non cū incisione damnavit.

P R S T I T E R I T igitur pluribus in causis
copiosa uti sanguinis detractione per Cucur-
bitulas, cum profunda incisione. Nam sic &
conatum naturæ iuuabis, & sanguinē minues,

& materiam ad locum salutarem deriuabis:
quando autem & quibus in casibus, docebūt
te libri contradicentium medicorum, quos
fecimus.

*Quod in lateralī morbo minuant ab aduer-
so vel in pede. Cap. xxx.*

VIGESIMVS NONVS error est, in la-
terali phlegmone, cùm quidam ex aduer-
so, alij ex eodē latere, alij in pede ex ini-
cio venam incidant, cùm ipsis sit persuasum,
Galenum, Auēzoar, Mesue, & Rasim, ac Prin-
cipem, diuersa sentire, nec villa magis in me-
dela esse discordes, cùm tamen in nullo, quod
querunt assequantur, dūmque omnes pariter
student imitari (monstrum nouum) nullum
imitantur, eoque insaniz ventū est, vt à Prin-
cipe decepti, sphenām p̄fserant, morboque
etiam procedente primam sanguinis missio-
nem ex aduersa parte mollientur.

Ego sanè in vera Pleureſi tantum sphenæ
sectionem, Galenum & Hippocratem hor-
ruisse video, vt̄ etiam in ea, quæ in inferius co-
stis est, potius eiusdē brachij, quam pedis se-
ctionem p̄tulerint: cùm tamen ea sanguini-
s detractio à loco paciente, nihil demat, nisi
corde intercepto. Quomodo igitur vñquam
salutarem sphenæ minutionem dixisset Hip-
pocrates, aut Galenus in lateralī morbo su-
periore, binis interceptis geminationibus in-

inferius

42 DE M E T H O D O .
ter venam minutam, & locum patientem?
Quodigitur ipsi habent pro familiarissimo,
neque in mete fuit vnde Galeno, vel Hip-
pocrati.

Cum morbus lateralis in initio est, tutius
si parum sanguinis sit detrahendum, aduersa
13. de inge.
3. cap. 3. parte fiet. Ob haec Arabes, oppositam laterali
prætulerunt. Quod si multis sanguis sit de-
trahendus, ex eodem latere fiat. Copiosa
sanguinis detractio ex latere eodem, ad-
uersa, qualiscunque fuerit, præstantior est.
Haec igitur utilior semper, illa quandoque se-
cutor. Quod igitur periculose magis, uti-
lius etiam est: quod vero securius plerunque
& inutile euadit.

M O D U S autem sanguinis mittendi est, in
totum conuersus consuetudini medicorum.
2. reg. acut.
12. s. & cir
ea & in
omnē. ride. Nam Hippocrates, & Galenus præcipiunt, vt
sanguis mittatur bonus & clarus, donec in-
cipiat apparere liuidus, aut niger. Nam tunc
signum est, quod sanguis, qui in Phlegmone
erat, minuebatur. Tunc ergo si virtus constat,
etiam aliquid ex eo minuendum est, aliter tunc
supprimendum, ita quod terminus suppressio-
nis secundum Galenum, est in sanguine ma-
lo. Medici autem nostri temporis, non magis
in hoc, quam in reliquis actionibus pruden-
tes, totum oppositum faciunt. Nam cum ex
febre sanguis, qui primò exire, quoquo modo
niger sit, eum tanquam noxiū detrahunt:

cum autem sanguis probatus incipit exire,
sistunt, quoniam thesaurum naturæ ab Aui- quarta pri-
cenna appellatum vident. Itaque totum ab-
scissum intactum relinquunt, & ægum hoc
modo occidunt: habentque in hoc authori-
tatem Galeni ad Glauconem, dicentis, Si san-
guis bonus est, supprimatur, quod haud in
apostematibus dixit. Illi vero quod de febri-
bus dictum est, de apostematibus dictum etiam,
& verum putant. Tam crassa ergo ignorantia
multiplicique occidunt egros quatuor de-
lictis. Primo, quia ex saphena minuant. Se-
condo, quia ex aduerso latere. Tertio, quia ni-
mis parum detrahunt, non expectantes, quod
sanguis niger, aut liuidus exeat, cum id citra
multitudinem haud fieri queat. Quartò, quia
terminum sistendi oppositum rationi de-
recto constituunt, cum bonus sanguis exire
incipit. In morbo igitur tam frequet tot mo-
dis peccant.

C O N C L V D O igitur, quod in morbo la-
terali, in quo virtus steterit, & sanguis minu-
endus sit, quod omni tempore, siue in princi-
pio, siue augmento detrahendus est sanguis
ex latere eodem, ex brachio, ex interna vena,
non ex communi, ut plerunque faciunt, do-
nec sanguis niger, vel liuidus apparere inci-
piat. Quod si dolor acutissimus extiterit, &
virtus valida, etiam ad animi usque defe-
ctionem.

4rig. 74.

Quod in vrinis turbatis sanguinem mittunt.

Cap. XXX.

TRIGESIMVS error perniciosus est, cùm turbatis vrinis ad sanguinem minundum properant, quoniam per eam inflammationem sedare sperant: tales autem sunt, quibus natura morbo perfectè dominari nō potest, vnde indicatio per abscessus exteriores est expectanda. Cùm igitur minutio virtutis tenorem tollat, & ad contrariū naturæ impetum retrahat, meritò causam mortis dedisse videbitur.

OMNIBVS his in casibus, vbi nullū phlegmonis interioris signū apparuerit, tutius per sanguifugas, & cucurbitulas sanguinem auferes copiosum pro qualitate temporis, morbi, virtutis, & humorum, abscessuque viam cōparabis, nec ad exacerbationem bilis deduces. Considerandum tamen an ex feroore, an venenosa qualitate turbulentur.

Quod in hemoptoicorum curatione sunt segnes.

Cap. XXXI.

TRIGESIMVS PRIMVS abusus est, in hemoptoicorum curationibus, quos omnes certè destinant morti. Nam cùm in his copiosissima sanguinis minutio conueniat, sicq; omnes à die prima liberentur, vt Galenus testatur, ac repētitis exemplis demonstrat: Medicī tamen nostri temporis non audent, sed

s. ingenui.

breuem & intercisam detractionem faciunt,
putantes, se Aucennæ præcepto muniti: cùm
tamen sciant Hippocratis dictum: A sangu- ^{prima quaer}
nis sputo, sanie sputum: à sanie sputo, Phthi- ^{ti trac. c. 7}
sis: à Phthisi autem mors. Vnde Galenus, Eo- ^{7. apha. 15.}
rum, quos iam saniosum ulcus occupauit, ne- ^{& 16.}
minem sanatum vidi: & patum post, Cùm
verò phlegmone invasit, exigua spes est sa-
lutis. Cur igitur cùm à latere longa tabes, egri
cruciatus, familiae infectio, dispendium am-
plissimum, mors certa sint constitutæ, ab alte-
ro, si vena promptè ac sèpius copioseque mi-
nuatur, solum mortis periculum, rarissimum
que immineat: præeligunt tamen tantam in-
firmi, ac domus suæ iacturam periculosa sani-
tate? Velle in hoc mihi aliquem ex his, qui
ita acuti sunt ad accusandum cæteros, nunc
respondere ac defendere, quoniam in propa-
tulo est, ex ruptura venæ in pulmone nullum,
in pectore autem rarissimum conualescere.
Quare in curatiua arte, Thucididis dictū pro- ^{lib. 10.}

batur, quibus alia salutis ratio non est, & quæ
vnica videtur, ea dubia est, necesse est eos ad-
uersos periculis ire.

D E B E N T igitur in hoc medici certa cala-
mitatis iactura demonstrata, si à cura absti-
neant, præceptisque ac antiquorum usu cita-
tis, imminentisque periculi, habita admoni-
tione, curam veram nō fucatam, qualém Gal.
docuit, amplecti.

*Quod in cognitione hæmoptoicorum pro
priè aberrant.* Cap. XXXI.

TRIGESIMVS SECUNDVS abusus
est, circa eundem morbū ferè. Nam cùm
maxima inter sit differētia inter fluorem san-
guinis, & sputum, vnum pro alio capiūt, cùm
tamen longè differant. Nam sputum sangui-
nis nisi in tabifico sit, omnino caret periculo,
fluor autem maximo semper periculo copu-
latur: vnde Hippocrates, Sanguis quidem su-
pra, qualisunque fuerit, malum: dicitur enim
fluor, ut Aurelianuſ refert, cùm sub quantita-
te magna sanguis expuitur, rutilans non con-
gestus: sputum vero, cùm pītūtē permīcetur,
modicūmque excernitur, aut congestum, qua-
le in lōgis orationibus, in resudationibus gra-
uedinibūsq; excerni solet. Vnde Plautus, Iam-
dudum spuo sanguinem: quasi longum, non
perniciōsum nominauerit morbum: apertio-
ne enim orificij venæ etiam expurgatur. Fit
etiam propter erosionem; in hoc falso sputum
apparere necesse est, aut hominem tabi-
ficum fuisse. Hi sunt, qui magno malo curati
creduntur, cùm nullus hic morbus sit, nulla
hæc sit ægritudo. Hæc est medicorum iactan-
tia, eum curasse, qui nihil mali habet, eorum
vero, qui verè laborant, hæmoptoica passio-
ne, neminem fuisse sanatum. Nuper dum hæc
scriberem, quidam aduenit, qui sanguinem

*In mede-
dore.*

*4.apho.25.
lib.2.cap.9*

phlegmati permixtum spuebat, cum nec salsum sputum esset, nec homo tabidus. Iussi cu nihil timere: cumque quod viscus expurgaret, dedissem, repente sanatus est. Cum hic alias eundem affectum habuisset, medici dixerunt eum fore haemoptoicum. Itaque fidem ex hoc praesliterunt, aliquos sine periculo, maxime minutionis posse liberari.

P A T I E N T E sputum sanguinis citra tam ac salsedinem ad te veniente: prisana cum zucaro eum cibabis, caput curabis, frigidis leuibusque glutinantibus medicinis opitulare. Nam vel ex fauibus, aut e capite, aut aspera arteria, aut resudatione aliqua prouenit, ita ut omnino liberum a periculo ægrum esse iudices. Quod si cum hoc etiam febris inuaserit, tutissimum signum est, non existentis fluoris. Quod si cum hoc subniger est & congestus, tunc certum salutis indicium. Est enim ex arteria venali, in asperam transitus spiritus, quo aer defertur. Hic si dilatetur, sanguinem, qui in illa continetur, in asperam transmittit absque noxa: Non quod oscula venarum aperiuntur, ut existimat Trallianus. Ob id illud est aduertendum aphoristicum, a sanguinis sputo扇ie sputum. Neque enim semper malum est sanguinis sputum, quod ex pulmone provenit, ut Galenus dicebat, sed ob erosionem vel rupturam.

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

Q u o d
n e c
n e c

*Quod administrant puluerem cordialem
cun cibis. Cap. XXXIII.*

TRIGESIM V STERTIVS error circa febres ac venenosos morbos ita impudens est, ut non à medico fieri, sed à vetula vix persuaderi possem, cum tamen omnes admittant. Puluerem enim cordialem (ita enim appellant) ex iacintho, cæterisque lapidibus constantem, ac sacharo (satis hercle iucundum, puluerem gustu) cibis permiscent. In hoc omnes, vos ô medici, percūctari vellem: nam etsi vobis cōcedatur, lapides illos veras esse gemmas (quanquam & hoc superius reprobatum sit) primū an sciatis, quod res dulces ad faciendam opilationem sunt veloces. Vnde Serapio, & dulcia sunt ad inflammationem hepatis parata: quod dictum Alexander à Galeno iam sustulerat. 2. de alimentis. Quid autem magis hepatis inflammatione, & obstructionibus periculosis, cum vtrunque patris & matris ægritudinem vicem gerat? Nam ex obstructione putredo, à putredine morbus, ab hepatis inflammatione, tabes, febres, cordis astus, hydrops, cæteraque perniciofa mala non magis alia causa fieri possunt.

S E C U N D O, si alexipharmacæ hæc esse credunt, necesse est magnâ in eis vim credere. Vnde Galenus 5. simplicium medicaminum, Necesse est, cum alexiteria inter humanum corpus, ac deleteria sint cōstituta, equa ratione ab

*Tertia pri-
mi doc. 2. c.
7.4. brevia
ry ca. 2. c.
61. sec. lib.*

cap. 7.

ne ab utraq; distare. Igitur necesse erit, vt copiosius sumpta multum corpus à naturali téperie mutent. Cùm igitur fortia sint medicamenta, quomodo innoxie cibis iungentur? Vnde diuus Auenzoar, & qui sumpterit theriacam vel smaragdum, non recipiat cibum nisi post septē horas, & post addit rationem demonstratiuam talis abstinentia. Quid hoc elarius? Allegent mihi authorem, qui hoc consulat vel concedat.

T E R T I O, quia lapis hic puluis est, ex cibo & contrito lapide cementum fieri solet, quoniam nihil est durius, nihil perniciosius, qualem putas debere obstructionem fieri? Utinam ego intelligerem quónam consilio maltam agrom corporibus introducere velint? At si dicissent ex dissectione, quodd venæ caui iecoris & gibbi adeo exiles sint, vt adhuc incertum sit an inuicem committantur, haud dubitarent, ab hoc auxilio in perpetuum abstinerem.

Q u a r t o, quia cùm cibus medicinæ tali permiscetur, si citò transit, obstructions maximas facit, quia crudus est, si tardè, nonne auxiliati ope destituetur, longa coctione permutatus? Solent enim non solum alexiteria, sed & venena vim suam perdere, si diutius coquantur, vnde Avicenna, Et cùm timueris veneni exhibitionem, multoties cibi plenitudo nos securos reddit, quoniam veneni virtus

6. quartis.
1. cap. 1.

H. C A R D A .

D

50. D E M E T H O D O
validissima cibo obtunditur: quid sperandum
erit de his alexipharmacis, quæ etiam per se
propinata modicam sui spem promittunt?
Hæc est tam frequens eorum laudabilis con-
suetudo.

A N N E C T I T Y R huic nō minor inficitia,
minore tamen iactura, cùm mixturam quan-
dam appellatam cordialem ex floribus, bu-
glosi boraginisque ac sacharo constantē pro-
pinant dulcedine, ac crassitate obstrūentem,
adulterinam, nō solū ob pulueres vitiatos,
verū quia quòd buglosum adhuc est incer-
tum, grauem coctione, vermes alentem, qui
plurimū pestilentibus febris copulātur,
ventriculo hærentem, flatuosa ac non par-
uum cibi tædium afferentem. Quòd autem
gravis sit ac flatuosa, colligitur, quia tumet à
calore, ut 3. de regim. à Gal. habetur.

*Quod in vermium cura dant res leues &
incognitas. Cap. XXXIIII.*

T R I G E S I M V S Q V A R T V S error in
vermium cura multiplex est. Nam cùm
leuibus primo eos aggrediuntur, dūmque ne-
care student, grandiores adultosque efficiunt,
quoniam inefficacia auxilia exhibent. Secun-
dò, quia cùm incertis medicinis expellere co-
nuntur, qualia sunt os monocerotis ab eis tā-
tum opportunum creditum, quantum pretio-
sum à nullo commēdatum authore, ab omni

tamen medico collaudatum. Tunc enim conueniet talia incognita experiri, quando quæ manifesta qualitate iuuare solent, non iuuant: qualia sunt omnia vehementer acria, acida, amara, purgantia, dulcia, etiam copiosa quandoque disrumpunt: verum sunt periculosa. Omnia etiam acri odore praedita, ut kabrog, turbith, thabarbatum, radix filicis, semina caulinum, portulacæ, santonicum, indicum, agaricus, aloes, succus citranguli, crocus, diptamus visualis, multa etiam alia strenua medicamenta. Cur ergo ea tentant, quæ fallacia non solū sunt, verum & ratione carent? Vnde Galenus,
3.6.24.in si. virtutem nullam creditur, quæ à primis non descenderet qualitatibus, in libris simplicium medicamentorum: vnde in libello de lithiasi: Nō sunt sanè mihi accepta medicamina, quæ “ occulta virtute agant, nec illis fidem habeo. “ Tertiò peccant, cum pulueres dulces exhibēt incerta salutis spe: certa tamen iactura: nam sachari vis satis quidem ad confirmādos vermes manifesta sit, coralli autem & smaragdi credita. Nolim ergo incertum iuuamentum, certo damno etiam longè minori præferri. Quartò, quia eos copiose nutriunt plus vermibus, quam homini ipsi nutrimenti præstātes. Nam nisi pellantur, cibis ali non debent, cum haudquam occasio detur, nisi famelicos occidendi.

P R A E S T I T E R I T igitur cordi vtilibus

D ij

52 DE M E T H O D O

pulueribus non dulci aqua, sed cum vino, per plurimum tempus ante cibum: uti: ita ut hore sint non pauciores, quam quinque, cibi vero medicinales, ac cordi proprij, ut ex croco, bugloso malo medico, citrangulo, limonio. Caue etiam dulcia oportet, nisi citra verium suspicionem res agatur: tunc enim prodesse possunt, si liquida sint, quoniam prompta ad cor deferuntur, salutarē inque vim secum ducent.

IN vermis autem à forti auxilio initium duces. Diatur bith iraq; inter composita, quod cum rhabarbaro conficitur, omnium auxiliorum est præstantissimum à drachmis tribus vel circa. Quod cum diutina experientia probauerim, rationem habet etiam manifestam, cur cunctis aliis medicamentis præponi debeat. Nam dulcedine sua à pueris libenter deuoratur, rhabarbaro vermes concidunt & membra confortantur, turbith sedes illorum expellit, reliqua non solum gratiam præstant, sed & innoxium reddunt: ita fit, ut iucundissimum, innoxium, validissimumque simul sit, inter simplicia autem nil fortius occidit, apij semine: verum, & illud soli in mortibus expeditum natum sit, nec tamen Epilepsiam mouet.

Quod in febre pestilentiali procedunt cum infrigidantibus. Cap. xxxv.

TRIGESIMVS QUINTVS abusus est, cum in pestilentibus febribus, curam in-

validam, inanemque exercent, ac sanguinem
etiam morbo procedente minuit, in hoc tan-
tum solo excusat, quod cum Galeno ceteris
que antiquis peccant. Fatetur enim Galenus
medela sua parum profecisse, vexillumq; glo-
riæ in bolo armeno collocauit, quo scimus fe-
rè nullos his temporibus sanari.

5. artis cur.
9. simpl. me
dicamento.

In hoc certe morbo & modum medendi
permutate oportet. Nam calidis plus quam
frigidis tollitur: habet & sua concoquentia, a-
lia longe ratione inuenta, ac longo vsu, qualia
a maioribus nostris accepimus, quibus etiam
nunquam similia vidimus, de quibus etiam a-
lia longo sermone scripsimus. Habet enim
& hoc morbi genus medelam propriam, qua
omnes penè curari possunt, sicut & Gallicus.
Cumque optimum ac frequens experimen-
tum ratione certa confirmauerit, cum qui ne-
gar, se sanare posse, iure merito destitueimus,
sed cum moras non patiatur, ut Gallicus, au-
dientius modum curationis suæ tutantur me-
dici, peccare se non arbitrantur, cum eos sana-
re nequimus, qui ab eis destituti sunt, morbi
malitia inducias non admittete, si quidem ex
solo morbi initio probè auxiliiamur.

*Quod pulicarem morbum, morbillum
credunt. Cap. xxxvi.*

TRIGESIMVS SEXTVS error exitialis
est, in eo morbo, qui pulicum maculis si-
D iiij

54 DE M E T H O D O
miles in corpore notas efficit. Nam cum nomine morbillorum appellare nituntur, nos pulicarem à similitudine nominabimus; & licet dicat Rasis. 18. cōtinentis cap. 8. quod blacciæ non habent elevationem in cute, & sunt ruboræ in superficie cutis, & ita videretur hic morbus ab illo complecti, tamen dixit parum infra, authoritate Gregorij, quod blacciæ sunt arida & siccæ variolæ humidae. Ex quo apparet, quod éminētia est in utroque, sed differens; quia in variolis terminatur in acumen, & est cum sanie, in blaccijs neutrum illorum, sed assimilatur igni persico quasi. Ex quo patet pulicarem morbum, qui nullo modo extra cutim eminet, nō esse vocatas blacciæ à Rasi, sed blacciæ esse morbillos.

EXISTIMANT igitur morbillum esse pulicarem morbum, unde & curam eandem esse necesse est. Vocatur autem Venetiis pulicaris morbus, petechiae Mediolani, signa: quo errore dum medici tenentur, infinitam ægrorum multitudinem peremunt. Nunc etiam cum nihil ex morbillorum cura profecerint, attamen insistunt, existimantes illud Hippocratis, Omnia secundum rationem facienti, & non euidenti, non est transeundum ad aliud: stante eo quod à principio visum est. Nequaquam voluit Hippocrates persistere in his quæ contra rationem operamur, qualia sunt hæc: nam pulicarem non esse morbillum paucis accipe.

M O R B I L L I sunt in cute eminentes ex toto genere suo salutiferi , omnibus homini- bus adueniunt, sicut & variolæ, vt dicebat A- uerrois , singulisque annis spectatur, à rubeo rarissimus est, rarissimè nisi semel eidem ho- mini aduenit, mitia habet symptomata , ratus etiam, nisi in pueris, ac aliquibus adolescenti- bus videtur , non bubonibus pestilentia so- ciatur.

P U L I C A R I S sine eleuatione omnino est, solaque macula cutis existit, genere suo mortiferus , nec dimidio humani generis ad- ueniens : solis statis temporibus non singulis annis sequitur, modò cœruleus, modò viridis, frequens etiam niger eundem hominem, bis, tertiisque, quaterque inuadit symptomatibus sequissimis, omni ætati etiam usque ad extre- mum senium infestus , bubonibus , ac pesti- lentiæ ita familiaris, vt raro ab ipsis abscedat.

Q y AE sanè vetula esset, quæ iam harreret in iudicio , quæ non distingueret, quæ con- trariis morbis diuersas curas oportunas non indicaret, illi pertinaces decocta ad exploden dum propinant, vt in variolis & morbillis so- let fieri: cum pulicaris macula solùm sympto- ma sit, nec illa materia ex eo excernitur, mor- billus autem non solùm signum est, sed par- tem delinquentis materiæ continet, ob hoc expelli desideratur.

N E C tamen putas me blaccias velle à mor-

D. iiiij

56 DE M E T H O D O
billis differre, sed ad eum, qui subterfugere
posset, ex mala versione scripta sunt.

I N hoc igitur morbo, cùm pestiferus sit, &
non solum epidemius, præstabit curam eam,
quæ pestilenti debetur, administrare: in hoc
solo mentem apponens, quòd cùm in subtili
sanguine accédatur, cutimque tentet natura,
quæ talibus refugium est vnicum, sudorem
cius veram crifim ostendit. Quare non defi-
cientem adiuuabis, languentem coërcebis,
cordi auxilia feres, paucique ab initio curati
periclitabuntur. Liquet etiam ex hoc, eos qui
aquam desiderant, nullo meliore auxilio,
quam eius potu sanati posse, si reliqua con-
senserint.

*Quòd in morbi gallici dignotione causis &
cura peccant. Cap. XXXVII.*

T R I G E S I M V S S E P T I M V S abusus est,
circa morbi gallici naturam qualitatém-
que, ac signa & medelam, de quo, quoniam
libellum integrum scripsimus, ad illum te
remitto.

*Quòd non expectant operationem medicinarum.
Cap. XXXVIII.*

T R I G E S I M V S O C T A V V s error est, cū
multitudine medicamentorū ægrum o-
nerant: eo dum, vt nec vnius auxilium pa-
tiantur, impediunt, nocent, debilitant, ex-

pensis inanibus ægrum exhaustiunt, hōcque faciunt, vt plurima scire videantur. Vnde qui pauciora scit, plurima semper exhibet, quoniam omnia omnibus conferre existimat, decipiūturque quodam dicto Principis. Et cùm ^{quarta pri-} medicamentum non iuuuerit, permuta te ad ^{cap. I.}

aliud, supple tu, tanto temporis spatio expe-
ctato, in quo auxiliari potuerit. Nā cùm tunc non auxiliabitur, aliud est quærendum medi-
camen. Vnde antè dixit, Cae ne à rectitudine recedas, licet videris quòd ipsarum tardetur iuuamentum.

Quòd in doloribus non vtuntur proprii.

Cap. xxxix.

TRIGESIMVS NONVS abusus est, cùm in vehementissimis doloribus interioribus, vndeunque sint, per enemata suppō-
sitoriaque, ac anodina medicamenta curam aggrediuntur. Quòd si intolerabilis omnino dolor extiterit, ad stupefacentia accedunt: aliter autem in primis subsistunt auxiliis, nil acopum administrant, aut stupefaciens, ad quod occulta possit virtute proficere, vt dolor mitior fiat: nam calidū trahere, frigidum densare, stupefaciens virtutem, eneruare, atque periculosiorem morbū reddere dicitur.

Hoc in errore non tantum sicut in reli-
quis sunt accusandi, cùm se bene facere putēt,
licet malè faciant, illudque canonicum cre-

58 DE M E T H O D O
dunt : in reliquis cùm aut rudi inficitia, aut ti-
more astantiū, aut obstinatione diurni abu-
sus periclitentur.

S i igitur dolor qualisunque sit, siue acer-
bus, siue mitis vexauerit, quomodo cūque tol-
lendus est, dummodo non per narcotica vo-
cata medicamenta : Eo enim tantum in into-
lerabili opus est, sed & tunc ultimum propo-
nendum, qualia auxilia sunt, cornu cerui, ga-
langa v̄su nota, piper, limaces: nam nocumen-
tum quod ex debilitate virtutis sit, & materię
attractione doloris tempore (nam dolor san-
guinis profluum irritat, & phlegmones fa-
cit) maius est, nōcumento condensationis ma-
teria ex medicamento frigido: & sape etiam
maiis periculo torporis membra stupefaci-
ente medicamento inducti. Non ergo expe-
ctabis lenitionem in sedando dolorem. Opor-
tet tamen illud facere, & hoc non omittere:
caue tamen ne medicamento morbi magni-
tudinem excedas. At dicent, vera doloris cu-
ra est causæ ablatio: fateor, aliud tamen est à
quo cura sit exordienda, aliud in quo finien-
da perficiendaque. Nam sic conueniret in
quocunque morbo ex humore constante ra-
dicitus à principio purgare. At, dicent, in eis
prohibet cruditas. At ego dico in doloribus
sæpiissimè, & dolor, & cruditas, & debilitas
virtutis, & symptomata mala impediunt, vt
vomitus. Hoc abusu, quamplurimi pereunt

aut contabescunt, qui citò alioquin san-
rentur.

Quid in vehementibus doloribus timent mittere
sanguinem. Cap. X L.

VA DRAGE SIMVS abusus est, cùm
in eisdem dolorib; quanquam acutis-
simis vana suspicione, ne virtus sol-
uatur, detenti, salutarem venæ incisionem præ lib. de presa
termitat, cùm tamen ex Galeni præcepto sit, giss, rbi vs-
& dolorem mitget, & nos securos à phleg- que ad au-
monis suspicione reddat, ac ex consequenti mideliquit,
semper ferè à morte: raro enim dolor occidit, aph. 23. &
nisi phlegmone concitato. 9. de inge. c.
4. dictu ve-
rò ad Glas
conē l.c. 14.
loquitur de
doloribus

Quid in nephriti utuntur diureticis
cibis. Cap. X L I.

VA DRAGE SIMVS PRIMVS usus qui sunt fe-
damandus est, in renum calculo, cùm brium sym-
cibos diureticos vinaque alba propinant, cre- ptomata.
detes vias apertiores reddere, cùm plurimam
eo materiam coaceruent, lapidemque ac are-
nas aduocent. Nam quid sperant materiam
ibi moram non ducturam, haud impetrare
possunt, cùm mora nutriendi causa sit necessa-
ria. Apertis igitur venis de materia plus acce-
dit, cùm hoc etiā prodaram adiungunt, unde
in communi adagio ex lithiasi podagra. Itaq;
vnum volentes morbum curare, ipsum dete-

60 DE M E T H O D O
riorem reddunt, aliūmque non minus grauem
adiungunt.

M E L I V S esset igitur cibaria ventrem sub-
ducentia minimēque aperientia assumere, sed
constringentia, qualia sunt quā obstruunt, ac
vñctuosis, vel lenientibus complicantur.

Quād concoquētia trina faciunt.

Cap. XLII.

V A D R A G E S I M V S S E C V N D V S a-
Qbusus est, cūm concoquētia trino num-
ero terminant: cum sanguinem pon-
dere, non virtute, non qualitate, non impetu
metiuntur, eōque tantūm v̄sus malus creuit,
vt mihi, quandoque quatuor aut quinque cō-
coquētia danti, quoniam non protinus me-
dicinam exhibebam, mulierculæ submurmura-
rent. Quād adiūgitur deterius est, cūm mis-
sionem sanguinis iteratam magnæ minutio-
nis vicem supplere posse credūt: cūmq; hoc,
in vtrisq; sinochis peccato pernicies, aut mor-
bi longitudo ægris comparatur.

C O G I T A R E oportet concoctionem mā-
teriæ, vbi ægrum videre non possis, ratione
habita, tum morbi, tum symptomatum iudi-
cabis, nullique numero famulaberis, sed ad
vltimam v̄isque coctionem peruenies. In san-
guinis etiam missione iterationē fugias, cūm
vna copiosa securè administrari possit. Itera-
tio enim Arabibus, qui in calidissima regione

habitant, ob idque parum etiam sanguinis habent, maximè placet.

Quod in hydrope vtuntur soldanella.

Cap. XLIII.

VAD R A G E S I M V S T E R T I V S est
error, cum in hydrope soldanella vtun-
tur, quæ hepar debilitat, nec satis an-
tiquis nota est, ea præsertim in cura, in qua tū
validissima, tum tutissima auxilia non desunt.
Ego sanè eorum qui valida virtute, ac sine he-
patis sclerosi erant, neminem mortuum vidi,
cum curam antiquorum rectè experti fuerūt,
ita ut nō difficilem genere morbum asclitem
iudicauerim.

Quod in fluxibus cum febre dant cas-

fiām. *Cap. XLIV.*

VAD R A G E S I M V S Q V A R T V S er-
ror est, cùm in fluxibus purgatione vtun-
tur, cum cassia etiam pessimè, quoniā
intestina debilitat, immemores eius quod
Glauconi Galenus referebat. Cùm febris flu-
xui sociatur, nō purgabis aut adstringes. Mul-
tos enim medicorum vidi talia facientes, ægros
etiam, qui nō quantum oportebat, alio dei-
ciebant, nihil secius in grauißima pericula
perdurisse. Quēdam cognoui medicum, qui
cùm morti proximus esset, scipsum occidisse
confitebatur. Nam cùm non in se, quām in

in 1. de cura
febrium cū
accidētibus.

aliis, esset prudētior, in fluxu tr̄s leniētes me-
dicinas assump̄it, quibus intestina imbecil-
lora redditā, humorēsque concitari mortis
causam dederunt. Nam cūm materia veneni
partic̄ps est, emendati deberet: fluctuans enim
ægrum interficit. Vnde etiam illud, Difficul-
tas intestinorum si ab atra bile incep̄it, leta-
lis est: non dixit, si cum atra bile fuerit, sed si
incep̄it. Nam emendati humores minorem
noxam pariunt. Si verò prauī, tutius quiescūt,
quām moueantur, siue medicamēto, siue spon-
te. Quod si humores haud venenosí sint, con-
coqui debent, antequam purgentur. Esto mo-
dò quod nulla venenosa qualitate sint infecti,
sint etiam concocti: pr̄stat etiam non purga-
re, quoniam secutius pluribus quām paucis
diebus eadem humoris quātitas eiicitur. Nul-
lo igitur in casu purgare, rariissimè etiā astrin-
gere cōueniet, cūm febris fluxui associabitur,
nec scio, cūm omnes authores antiqui consu-
lant potius adstringendum quām laxandum,
cur isti lenitione opus esse existiment. Nam li-
cet Rasis in libro diuisionum, in cura fluxus
ab atra bile purgationem pr̄cipiat cum epitimo,
intelligit tamen cūm materia est con-
cocta. Nam vena incisionem ante hoc pr̄aci-
pit, intelligitque cūm materia, quæ fluxus est
causa, non excernitur. Raro enim sponte bilis
nigra euacuari solet: cūm verò virtus non fe-
rat, aut accidens sequum ex fluxu urget, tunc si-

sterē paulatim melius est. Constat igitur nunquam purgandum, rārō sistendum, sed serum calibeatum exhibendum.

*Quod catapotia dant proximè à cœna vel ante
cœnam. Cap. XLV.*

QUADRAGESIMVS QUINTVS er-
ror est, cùm catapotia ante cœnam, vel à
cœna proximè propinant: de quo satis libel-
lo de simplicibus dictum est: præstat enim
horis matutinis accipere. Sed de hoc consu-
lendus erit etiam liber contradicentium me-
dicorum.

trac. 4. pri.
mili. cont. L.

*Quod in matre puerorum cum febre dant rutbam
& castoreum. Cap. XLVI.*

QUADRAGESIMVS SEXTVS error
est, cùm in epilepsia siue conuulsione
infantium vtuntur castoreo, rutha,
mitridato, etiam circa caput assa fetida, & re-
liquis calidis medicinis: cuius sententia
autores celebres habētur: interque hos Rasis,
quos malè recentiores interpretati hora ca-
sus etiam epilepsia administrant, quod nihil
esset exitiale magis. Nam lōgē plus est, quod
trahitur de materia, quām quod euacuetur,
nec eorum cerebrum tantam vim sustinere
potest, quoniam humidissimum est. Antiquo-
rum verò consilium fuit, ut cerebro & corpo-
re purgato hæc administrarētur: sic enim pos-

lib. de pas-
sionibus pue-
rorum c. 7.

sibile est cerebri malitiam per hæc emendari.
Quod igitur in hoc præstat, si non vniuersa di-
uertentia iuuuent, cucurbitulæ, suppositoria
cathæretica quæ vesicatoria, frictiones, liga-
turæque adhibeantur. Considerabis etiam, si
ea quæ anteriotibus cerebri neruis moueri
solent, qualia os, lingua, oculi, illæsa sint: tunc
vertebræ candens ferrum imponens, unde
neruus conuulsi membra deriuatur. Quod si à
collo infra totum corpus conuellitur à tertia
ad quintam vertebram, cauterium impones.
Hoc enim solo auxiliari suffragio poteris, plu-
rēsque spe destitutos, sanitati restitues. Sed
illud est longè deterius, cùm pueris iam febri-
entibus huiusmodi medicamenta exhibitent
contraria curationi. Nam cùm epilepsia vel
spasmus febri succedit, humidis, curanda est,
vt colligitur secunda aphor. 26. & quinta
aphor. commen. primo. Ob hoc mirum est,
quomodo circa illam curam totum contra-
rium faciant. Non est tamen mirum cur nul-
lus infans ex hoc sanetur, cùm mori cogātur,

Prima ter-
tij c. proprio
de morbis
puerorūc. 8. nec mirum est, cùm de nomine non con-
stet apud Auicennam & Rasim curam esse
ancipitem.

Quod sàpè derelinquunt ægros, qui postmodum
sanantur. Cap. XLVII.

VAD R A G E S I M V S S E P T I M V S 2^a
xi. de inge. **Q**busus est, cum Galeni consilio, moritu-
ros solis pronosticis derelinquunt.

Cùm

Cum igitur eger ad mortem tendere videtur,
medicus eum destituit, plerunque vero ad-
uenit vetula, vel circulator, unde casu auxilio
fortuito aget reuocatur ad vitam; ita non so-
lum medico, sed & medicinę infamia accedit.
Primum quidem, quod Galenus voluerit, di-
cendum est. Nam non absolutè intelligi hoc
debet, sed primo excipiendi sunt morituri,
qui dio tamen superiuere possunt, quales
sunt hecclici confirmati, & vlebra in interiori-
bus membris habentes, qui quanquam tan-
dem sint morituri, tamen medici prudentis
consilio gubernati multo tempore possunt
superiuere. Secundò non medicum, qui à ^{vide 9. cōs.}
principio ægri tutelam apprehendit, ab ægro ^{quinti trao.}
coercet, sed nouiter aduenientem monet ut ^{primi lib. cōs}
abstineat, consilium gloriae medicivtile: qui
verò à principio morbum suscepit, aut cu-
randum posse sperans, aut negare nō potens,
grauato etiam usque ad mortem ægro, eum
nequaquam destituere debet: maxime cum
sæpe postmodum, vel rupto phlegmone, vel
ob latentem causam, vel aperio hiatū corpo-
ris, vel permutato medicamine malo, vel ul-
timo conatu natura experiente contingat æ-
grum à morte reuocari ad vitam. Cuius etiam ^{4. quantit.}
sententiae Princeps suis creditur. Nos autem ^{2. c. 10.}
quandoquidem in acutis nunquam sunt om-
nino certa signa salutis, aut mortis neque ab
ægro discedere consulumus, nec in desperatis

H. C A R D.

E

66 D E M E T H O D O
casibus nouiter vocatum accedere debere ne-
gamus, modò futuri euentus astantes admo-
neas. Cauē tamen ne tanquam curandum ac-
cipias: ob hæc igitur duo, maxima medicis in-
famia, exgris non parua iactura comparatur.

*Quod nouiter natis quadam medicina-
lia dant. Cap. XLVIII.*

QUADRAGESTIMVS OCTAVVS er-
rot est, cùm nouiter natis auxiliari ope,
tertia primi cap. 3. 2. aplo. 37. alij sirupos, alij pulueres, alij aliud co-
sulunt: cùm constet tam' mollia membra nul-
la debere permutari qualitate, siue purgante,
siue etiam astringente. Nam cùm etiam in
morbis hoc Auicenna præcipiat, usque ad plu-
rimos dies abstinendum, nutritique exhiben-
dum: Illud tamen longè deterius erit infanti-
sanò exhibere: siquidem corpora sana haben-
tes difficulter ferunt medicationes: tenella e-
nim illa membrorum compago nihil inno-
xiū, lacte excepto, recipere potest. Quod si
minimum pleni videntur, à cibo abstineant, &
ultimo terminus est horarum quadraginta.
Quod si quis hoc opportunum esse non cre-
dat, Galenum consulat: non enim est persua-
dendum eū tantam utilitatem præterisse.

*Quod thermarum aquas sè penumero dant,
et malo modo. Cap. XLIX.*

QUADRAGESTIMVS NON VS abusus:
et, cùm thermarum aquas sèpius nullo:

iuuamento aliquoties etiam maximo detri-
mento suadent. Extremum etiam appellant
auxilium , cùm aquæ illæ aduectæ primo sint
inefficaces, ac plerūque etiam corruptæ: quod
ex praua odoris & savoris qualitate manife-
stum est. Esto tamen quod integræ sint boni-
tatis, ita ut non ad nos aquæ, sed nos ad aquas
accedamus , cùm natura omnes aquæ metal-
licæ malæ sint (ut dixit Princeps) multitudo
eius magnum corpori faciet nōcumentum: in
magnis enim quantis, magna est virtus . Vnde
etiam idem omnes aquæ minerales vrinæ dif-
ficultatem faciunt, iuuamentum autem raro
magnum est: quoniam raro contingit aquæ
proprietatem exactè morbo fôre contrariam,
nec valida vis à debili potest susineri virtute,
nec aquæ illæ admisionem, aut emendationem
suscipiunt. Ob hæc omnia non mirum est, si
plures thermis periclitentur, quâm sanentur:
quam ob causam antiquis raro usui fuit. Dilige-
bant enim veteres ea medicamenta, quæ cor-
rigi poterant: ea autem aspernabantur que
violentia essent, nec possent emendari. Detri-
tores autem sunt thermæ validiores: vnde
Potretæ aquas vitant, non quia insalubriores,
sed quoniam erroribus detergendi medicorū
nimis sunt promptuarie. nostris autem tem-
poribus ne quandoque gloria sit aliena, ad a-
quas minerales agros, quos sanare nesciunt,
destinant: ita ut rectè miserorum refugium

2. primi. 5.
prima c. 16.

2. cap. c. 59.

E ij

68 DE M E T H O D O
appellari possint. Nam si reliqua preter-
mittantur, non carent omnes immoda: sic-
citate.

NON sunt igitur thermæ exhibenda pri-
mò, nisi homine ad eas accedente: quod si ali-
ter cogat necessitas, vitro vase non ligno de-
ferantur, sit autem plenum vas, non respiret,
non aërem tangat.

*Quod in distillationibus ex igne cauteria
exhibent.* Cap. VI. LXXXVII. Cap. V.

VINQUAGE SIMVS abusus est, cum
in distillationibꝫ ex igne cauteria exhi-
bent, in reliquis morbis negliguntur; cum
ramen inter omnia periculosius cerebro cau-
terium administretur, cum humidissimum sit,
& narua mollissimum. Quot miseris homi-
nes his cauteriis iugulari vidi? nam cum peri-
culum sit vehemens, iactura certa, cruciatus
magnus, opus vulgo detestabile, non erit ca-
piti administrandum, nisi certa salutis conce-
pta spe, non ambigua. Id fieri, cum infra caput
omnia membra fuerint in columnia; aliter eger-
certè & omnino periclitabitur. Nam iata est
noxa abrigne illi membro, ut si vel alearius
membris morbo, aut virtutis debilitati socie-
tur, agrum procul dubio producat ad mortem.
In reliquis autem locis, excepto cordis testo-
rio, securius sit, licet maiore cù dolore. Vnde

(i 3)

faciendum consul si necessitas exigit: neminem enim ob hoc periisse vidi usque nunc.

Quod alioem proficuum ac salutarem in vita regimine credunt. Cap. LI.

VINQVAGESIMVS PRIMVS abusus est, cum aloem & pillulas in usu laudant pro sanitate conseruanda, quia ventriculo salutaris inuenitur, ut à Galeno: 6. simp. me. Aloes ventriculo gratū, ut si quod aliud, quod dictum secuti Aucenna, Melue, & reliqui, nō animaduertentes dictum quinto continentis, aloes est comparatione soluentium medicinarum stomacho minus noxium, attamen & lib. 5 cap. 7. ipsum nocet, vnde Galeni dictum hoc sonat, 5. detuenda hæc Rasis, eius verba exponens: cui Celsus sanitatem astipulatur, Omnis medicina solutiva mali sucii est & ventriculo inimica: cum hoc vero aloes corpora tabefacit, & nimium ea excitat, & ideo senibus prohibetur: & cum hoc pillulae inducunt magnam consumptionem, & non est aliqua ex his vita prolongationi 4. ad Al- vtilis. Fecit igitur medicos errare dictum Me- majo. c. 15. sue: atque utinam ego hoc tempestivè sciuissem.

CONSULTVS igitur fuerit, nisi maxima urgente causa, ab omni pillularum genere abstinere, ac potius humidis medicamentis vti, ac cibis mollientibus.

E iii

Quod in vere purgant, & minuant plurimos.

quibus nocent. Cap. LIII.

VINQ V A G E S I M V S S E C V N D V S

Quod in vere purgant, & minuant plurimos purgari, aut sanguinem minuere, hoc autem maximè in vere, iuxta illud: *Quibus vel minutio, vel purgatio conuenit, hos purgare vel minuere vere conueniet; immemores dicit Gal. Intemperatos autem neque minues, neque omnino purgabis: plus enim erit quod ex intemperato victu aceruabunt, uam quod tu medicamente vel minutiōne sanguinis detrahes. Quod igitur solum vtentibus, bono regimine consulendum erat, omnibus consulunt: & quod deterius est, libentius his, qui inordinato vtruntur regimine, quoniam in eorum corporibus verisimilius est maiore prauorum succorum esse abundantiam.*

Quod balnea crurium & manuum in febribus.

persuadent. Cap. LIII.

VINQ V A G E S I M V S T E R T I V s abu

Quis est; quod iubent in febribus lauari manus & pedes, secundum illud ad *Lcap. 9. Glauconem, Balnea vero calida ex aqua fontis proflunt, tum quia aliquid vacuant delinquentis humoris, tum quia humore ac frigiditate causæ facient febrem, ac ipsi febri ac eius incommode probè aduersantur. Non animaduertunt tamen in reliquis à tertiana pu*

ra hoc non dixisse: tum etiam quod iam dixerat, & si tibi signa coctionis præcesserint, &c. Non ergo vult quod augmenti tempore fiat: incommoda autem plurima sequuntur. Sed ipsi ea exhibent ad alleviandum dolorem capitis, & quedam alia accidentia, ut proficere videantur. Non enim consilium medicorum improborum est iuuasse, sed videri iuuasse. Probi autem medici est quod verè non iuuat, imò nocet, licet iuuare videatur, dimittere. Vnde cùm balneum intempestiuè, id est, ci-
tra coctionis signa & vniuersalem corporis innanitionem exhibetur, hæc procreat incô-
moda. Primo quidem obstrunctiones multas
facit, & tales ut nisi ægri curari possint. Se-
condò apostemata inducit. Tertiò horripila-
tionem, ut per Rasim appareret. Quattò vir-
tutem exoluit: & scias quod Rasus credidit in
hoc, quod in tertiana liceat balneari ante co-
ctionem secundum Galenum, ubi sit pura,
& non est ita. Dico igitur quod ægri non sunt
balneandi, si ex putrida laborent, nisi conco-
cta materia, & ægro exinanito, o quoties vidi
in hoc medicos errare grauissime!

16. cōti.ca. 2.
fol. 337. 6
345. in 17.
cōti.ca. 1. fo.
345.
vide. 3. reg.
act. cō. vlt.

Quod cibant in nocte. Cap. L I I I .

QVIN QVAGESIM VSQVARTVS ser-
ror est, cùm cibant ægri in nocte. Re-
clamat magnus Hippocrates non esse permittandam consuetudinem repente,

E iiiij

72 DE M E T H O D O

etiam ad meliora: quantò minus vos non permutabitis ad deteriora? At, dicunt, virtutis debilitas hoc postular: quomodo igitur cibis coquetur tunc, si tanta vrget debilitas? iuribus igitur vraris. At, dicunt, oua & contusa ex carnisibus haud concoquuntur difficulter: at ne sciunt quòd tunc morbus est in statu, si virtus deficit, aut in declinatione, aut syncopalis: si primum, per 19. abusum redarguti sunt: si secundum, non contingit ægrum mori in vera declinatione morbi ex defectu virtutis stante cibo consueto, ut tertio de crisi patet: si ultimum, syncopalis rara est, nec in omni etiam cibandus est æger, ut primo ad Glauconem habetur. Rarissimum igitur erit quod in nocte cibum dare cogat. At medici in cunctis validis morbis hoc faciunt, nocentes validè. Si ergo morbus non fuerit syncopalis ex debilitate ventriculi, cum accensione nocturna, nunquam æger in nocte cibandus est.

Quòd vitant creticos, qui non sunt dies cretici. Cap. L V.

VINQVAGESIMVSQVINTVS.
Qtor est, in diebus creticis. Nam vitant se primam in purgando, in quo dupliciter errant: nam in pluribus morbis septima, nec est cretica, nec indicatiua. Hac de causa sollicitui morientem filium Antonij Corbittæ infantem, quoniam credidit medicus, quòd in

septima non oportuit quicquam facere : dixi
ego , quod septima non est cretica ratione il-
lius ægritudinis: cucurbitulas igitur apponēs,
sanguinem detraxi , & subito euanis a morte,
hoc saepè mihi accidit. Secundus error est, po-
sito quod esset dies cretica aut indicativa , li-
cet etiam purgare ob tres causas, vel quia na-
tura tentat, & nō potest mouere: vel quia mot-
bus est fortis, & materia turget, non expeditas
rationem purgandi à natura : vel tertio quia
ipsa mouet motu non conuenienti, utpote
faciens crism per synanchem vel morbum
lateralem . Manifestum est igitur, quod fre-
quentius possumus operari in septima, quam
non operari. Ipsi tamen ex quodam iunctu
semper quiescunt morti ægri consulentes.

Quod purgant in morbis iuncturarum.

Cap. LVI.

QVINQUAGESIMVS SEXTVS error
est, in morbis iuncturarum in quibus pur-
gant alsiudè, & etiam cum cassia, quod
deterius est, cum ipsa vehementer noceat iun-
cturis & nervis, ut etiam dixit Mesue: & cum
hoc ipsis non habent considerationem etiam,
quod non habent verum hermodactilum, &
ideo purgant, & non possunt auferre præpa-
rationem, & dilatant vias iuncturarum, & ita
ex podagra parua faciunt artritum maximam: 12. c. 1. c. 1.
ideo sapiens Rasis dabat oleum solatri silice. fol. 254.

stris, cum modico olei amigdalini dulcis & sa-
charo: & Scipio noster curauit se diæta tenui.
Dico istis duobus solis auxiliis, si quis rectè
vslus fuerit, curabitur omnis podagra, que non
fuerit confirmata, & aliqua etiam confirmata.
Cura autem medicorum nostri temporis,
non solum est inanis, sed perniciosa: vnde ali-
qui audet supra diarob cum turbith, & alij su-
pra medicinas fortes, & aliqui dant aristologiam.

*Quod vtuntur temperatis in complicatis
affectionibus. Cap. L V I I .*

VI N Q V A G E S I M V S S E P T I M V S et
Q uod est, cum in complicatis contrariisq;
affectionibus, siue membra eiusdem, siue di-
uersorum vtuntur medicinis & cibis tempe-
ratis: creduntque quod res temperata cuili-
bet excessui sit contraria: & accidit saepè, vt in
quotidiana quodd causa est frigida, & mor-
bus calidus. Plerunque etiam ventriculus
est frigidus, cum hepate calido, & vt in hy-
drope frigida, cū febre & talibus. Hoc est igi-
tur argumentum eorum vt medicina sit tem-
perata, vel cibus: nam medium vtriq; extre-
mo est contrariū: cura autem sit per contraria:
igitur temperatum conuenit dispositionibus
contrariis. Item calidum auger vñā dispositio-
nem, & frigidum auger aliam: igitur tempera-
tum est eligendum, saltem causa necessitatis,

Si non alterius. Item calidum remittitur à tem-
perato, sicut apparet de aqua feruente iuncta
tepidæ, & pari ratione iuncta congelatæ te-
pida, sit mixtio temperata: igitur competit
tanquam contrarium. Item quia medicina ca-
lida permixta téperatæ remittitur à medico:
igitur & pari ratione morbus calidus à cibo
& medicina temperatis. Item cibus & medi-
cina assimilant sibi corpus: igitur cùm tempe-
ratum assimilat facit temperatum. Sed redu-
ctio ad temperatum est sanitas: igitur talis
cibus inducit sanitatem in vtraque disposi-
tione simul: patet antecedens ratione reactio-
nis. Item cibus temperatus conuenit in una
dispositione tantum: igitur à validiori in cō-
trariis: cùm in una dispositione detur locus
contrario exhibendo. Antecedens patet, de
ouis carnibus per Galenum, inde cura arden-
tis febris, & tertianæ ad Glauconem & alibi,
& Principem &c alios. Item si cibus & medi-
cina temperata non conueniunt in hoc, mul-
tò minus in reliquis dispositionibus: igitur
erunt superflua & nunquam administranda.
Patet inductio, nam in simplici dispositione
multò minus conueniet, cùm locus detur cō-
trario, nec per te in dispositione cōrraria, nec
eriam in sanitate, quia sanitas medicina non
indiget, nec ægritudine temperata, quia sic
primò non esset ægritudo, cùm ægritudo sit
intempories, tuim etiam quia ea posita solue-

retur morbus à consimili medicina & cibo &
non iuuaretur: igitur nulli competenter. His
igitur argumentis medici persuasi, cibum &
medicinam temperaram exhibent in contra-
riis affectibus, putantes utrique dispositioni
prodeesse, cum strenue noceant. Nam cum
quadruplex sit modus in contrariis affectibus
curandi. Primus est hic, ut per temperata cu-
remus tanquam contraria utrique dispositio-
ni. Secundus, ut per commixta ex calidis fri-
gidisque. Tertius, ut caput unum statuamus cu-
rationis eius; intendamus altero non neglecto.
Quartus, ut vicissim curare tentemus, modò
calidioribus obstatē frigiditati, modò frigi-
dioribus caliditatē. Non videtur quemquam
ex his Galenus, pratermississe modum præter
primum, ut quodd in ceteris abusibus obser-
uatum est, ne obiter medicos peccasse credas,
sed tanquam ad humani generis perniciem
concitatos, illud primum elegisse, quod & à
veterum sententia abhorreret, & cum nulla
utilitate maximam afferret calamitatem. Un-
de. II. artis curatiuae. nunquam tamen præce-
ptum illud, quod contraria contrariis curan-
tur, aliquando verum, aliquando falsum erit,
sea semper verum, licet ex usu contingat,
quandoque cum aliis copulantur morbis, ante
illa procuranda sanandaque esse. Hic tertium
modum curandi attigisse videtur. Rursus au-
tem ibidem, Quum vero etiam materiz, que

hæc efficiant, calidæ sint, necessarium est interea, tum putredinem, tum etiam febrem augeri: quare quoad licet id agendum, ut que minus calefaciat, materia deligatur. & post. Quod vero febris ipsius iam accensum, refrigerabimus. Modum hic quartum eligere visetur non sine tertij comistione: nam apertio nem caput intentionis curandi statuit, & licet prima fronte videatur in eiusmodi auxilio temperata postulare, atque pro illis sentire, nequaquam tamen est: cum auxilium non in temperatura querat, sed in vi que extenuatoria est, & diaphoretica. Manifestum autem talia minus calida propter febrem desiderari. At non quia temperata, sed frigidiora eligerentur: cum autem talia, nedum esse possint temperata, sed omnia calida, multò minus frigida querenda erunt. Ob hæc Galenus sapienter proxima temperamēto eligit ea, quæ nusquam frigida esse possunt. Non ergo prima facies sermonis te decipiat, cum cuiuslibet eruditio sat is hæc sint manifesta. Item ad Glauconem primo, dat in complicata dispositione exibile & pituita prisana cum pipere, vel cū mulsi hyssopum vel origanū, ita ut simul succet & humectet, calefaciat & refrigeret, in visus ratione: comam vero absinthij concocta materia vilem existimat, tanquam symptomi contraria ac principali morbo itaque in hoc videtur secundum modum & tertium.

*In le cura
tertianarum
the.*

78 D E M E T H O D O

amplexari: in sexto etiam de tuenda sanitate,
nōnne calidis frigida conuenite omnino pu-
rat? Quod si omnino disiungi nequeant ali-
quando oximele cum diatrion pipercon pro-
pinat, ut cū hepā obstrūtū, ventriculū
autem nō conceqpit, ita ut alterum viscus
caliditatem, alterum frigiditatem contraxe-
rit: parturitione oximēle detergit eos, quos
caput frigiditas vētriculum caliditas detinet.
Nimitum in arte etiam patua non sciungit
hanc ab illa intentionem: nullibi media col-
laudat tanquam vitriique extremo contraria;
sed prius extenuantibus, mox expurgantibus
opītulatur, ita Galeni sensum ab hac opinione
alienum esse, quod etiam ratio defrectat, per-
suademur. Nam cū curatio per contraria
in gradu fiat, ut sāpe in arte cutatiua Galenus
replicat, non potest cibis temperatis aut me-
dicinis res transligi: quandoquidem nullum
temperatum distemperato in æquali gradu
est contrarium. Præterea si ita esset, nulla iam
alia esset medicina, aut cibus exquirēdus: nam
omni distemperato, temperatorum contrarium
est. Præterea cū cibum aut medicinam tem-
peratam calido exhibet, subito calefit: non
ergo amplius, nisi per instans manet contra-
rium, simile etiam simili furere facit. Quod si
omnis medicina remissior, aut cibus compe-
tit, non erit multa in causonide refellenda, à
qua tamen Hippocrates abstinuit, ut etiam

cap. 95.

3. de inge. in
fine ac in
microtechni
cap. 79.

2. cap. 11.

3. adi.

4. adi.

5. adi.

6. adi.

7. adi.

8. adi.

9. adi.

10. adi.

11. adi.

12. adi.

13. adi.

14. adi.

15. adi.

16. adi.

17. adi.

18. adi.

19. adi.

20. adi.

21. adi.

22. adi.

23. adi.

24. adi.

25. adi.

26. adi.

27. adi.

28. adi.

29. adi.

30. adi.

31. adi.

32. adi.

33. adi.

34. adi.

35. adi.

36. adi.

37. adi.

38. adi.

39. adi.

40. adi.

41. adi.

42. adi.

43. adi.

44. adi.

45. adi.

46. adi.

47. adi.

48. adi.

49. adi.

50. adi.

51. adi.

52. adi.

53. adi.

54. adi.

55. adi.

56. adi.

57. adi.

58. adi.

59. adi.

60. adi.

61. adi.

62. adi.

63. adi.

64. adi.

65. adi.

66. adi.

67. adi.

68. adi.

69. adi.

70. adi.

71. adi.

72. adi.

73. adi.

74. adi.

75. adi.

76. adi.

77. adi.

78. adi.

79. adi.

80. adi.

81. adi.

82. adi.

83. adi.

84. adi.

85. adi.

86. adi.

87. adi.

88. adi.

89. adi.

90. adi.

91. adi.

92. adi.

93. adi.

94. adi.

95. adi.

96. adi.

97. adi.

98. adi.

99. adi.

100. adi.

101. adi.

102. adi.

103. adi.

104. adi.

105. adi.

106. adi.

107. adi.

108. adi.

109. adi.

110. adi.

111. adi.

112. adi.

113. adi.

114. adi.

115. adi.

116. adi.

117. adi.

118. adi.

119. adi.

120. adi.

121. adi.

122. adi.

123. adi.

124. adi.

125. adi.

126. adi.

127. adi.

128. adi.

129. adi.

130. adi.

131. adi.

132. adi.

133. adi.

134. adi.

135. adi.

136. adi.

137. adi.

138. adi.

139. adi.

140. adi.

141. adi.

142. adi.

143. adi.

144. adi.

145. adi.

146. adi.

147. adi.

148. adi.

149. adi.

150. adi.

151. adi.

152. adi.

153. adi.

154. adi.

155. adi.

156. adi.

157. adi.

158. adi.

159. adi.

160. adi.

161. adi.

162. adi.

163. adi.

164. adi.

165. adi.

166. adi.

167. adi.

168. adi.

169. adi.

170. adi.

171. adi.

172. adi.

173. adi.

174. adi.

175. adi.

176. adi.

177. adi.

178. adi.

179. adi.

180. adi.

181. adi.

182. adi.

183. adi.

184. adi.

185. adi.

186. adi.

187. adi.

188. adi.

189. adi.

190. adi.

191. adi.

192. adi.

193. adi.

194. adi.

195. adi.

196. adi.

197. adi.

198. adi.

199. adi.

200. adi.

201. adi.

202. adi.

203. adi.

204. adi.

205. adi.

206. adi.

207. adi.

208. adi.

209. adi.

210. adi.

211. adi.

212. adi.

213. adi.

214. adi.

215. adi.

216. adi.

217. adi.

218. adi.

219. adi.

220. adi.

221. adi.

222. adi.

223. adi.

224. adi.

225. adi.

226. adi.

227. adi.

228. adi.

229. adi.

230. adi.

231. adi.

232. adi.

233. adi.

234. adi.

235. adi.

236. adi.

237. adi.

238. adi.

239. adi.

240. adi.

241. adi.

242. adi.

243. adi.

244. adi.

245. adi.

246. adi.

247. adi.

248. adi.

249. adi.

250. adi.

251. adi.

252. adi.

253. adi.

254. adi.

255. adi.

256. adi.

257. adi.

258. adi.

259. adi.

260. adi.

261. adi.

262. adi.

263. adi.

264. adi.

265. adi.

266. adi.

267. adi.

268. adi.

269. adi.

270. adi.

271. adi.

272. adi.

273. adi.

274. adi.

275. adi.

276. adi.

277. adi.

278. adi.

279. adi.

280. adi.

281. adi.

282. adi.

283. adi.

284. adi.

285. adi.

286. adi.

287. adi.

288. adi.

289. adi.

290. adi.

colligitur ab Auerroe. Mirumque est non so- 3. reg. acuta.
lum absolute contraria, sed in gradu æqualia *inxia me-*
desideranti, velle téperata exhibere. At, dicét, *dium 5. coll.*
lac quod temperatū est hec tis calidioribus,
& oua competunt: hoc quidem temperamen-
ti causa non est, cùm & testiculos gallinaceos
laudet Auézoar, qui cùm calidi sunt, lac etiam 3. *thys.*
frigidum est: itaque facilitatem concoctionis,
velocitatem transitus, bonitatem alimenti, &
paucitatem excrementorum in eo conside-
rat, non ratione temperamenti. Nam sic iure
prisana preponitur: ob que iure datur tremor
ex hordeo cum cancris & caphura, & troisci
de spedio. Videmus autem Auerroim repren- 3. col. c. 13.
forem Galeni in compositione medicamento-
rum in diuersitate materia peccantis, &
membrorum oppositione: quoniam existima-
uit Galenus quòd hepaticus calidus attrahit quod
frigidum est de medicina, & matrix frigida,
quod calidum est: igitur Auerrois in cura dat
piper & hysopū cum oxymelite & aqua hor-
dei, sicut præcepit Galenus. Verum diuersitas
oppositionis non est secundū duo loca simul,
& cùm dat carnes pulli, manifestū est, quòd
non sunt temperatæ, sed calidæ in secundo
gradu, & permotare iura cum liquifactione & hot-
deo non est malum, & ita videmus quòd iu-
uamentum verum est in cibo & medicina co-
trariis febri, aut causæ febrem facienti, & cor-
rectis, & non in simplici cibo & téperato vel

propinquò: & própter hoc videamus quòd A-
uenzoar in cura febris compositæ dat pullos
cū omphacio coctos, aut aceto: & vtitur me-
dicina frigida abster siua composita ex cō-
tratiis partibus, licet videatur mihi composi-
tio illa calida, attamen omnino constat ex cō-
tratiis: & licet Sérapio in cura hemitritei di-
cat, quòd si æqualiter vincat phlegma & cho-
lera, tunc curamus temperatis, intellexit per
temperata æqualiter ex cōtrariis mixta: quod
apparet ex vltimis verbis capituli, Cùmque
fuerint æquales, miscemus ea æqualiter: itaq;
non est eius sententia ab hac differēs cùm to-
tam seriem verborum contemplatus fueris:

30. ad AL
mā. c. 17. ac
lib. diuīsiō-
nū. ca. 156.
prima quar
ti cap. pen.

dixit, quòd compositæ febris sit cura compo-
sita, & licet alibi videatur sentire de remissio-
ne medicinæ intelligit refractionem, aliter es-
set in contrario sensu: & hāc sententiam de-
fendit Auicenna contra Averroim in cura he-
mitritei volens, quòd si natura non potest di-
scernere, ægritudo est incurabilis: & hoc mo-
tus fundamento componit medicamentum
ex croco, spica, thabarbaro, & caphura, & se-
minibus frigidis, & berberis, & spadio, & xi-
loaloes. Constat itaque, quòd medicinis uti-
tur cōpositis, & cibis similiter, & hoc voluit
cùm dixit in primo. Ex rebus quoq; in quorū
medicatione subtile est, adhibendum studium
est: cùm in una coniunguntur ægritudine duo,

quæ

quarta sen-
cap. I.

quæ fieri debent contraria, quia oportet, verbi gratia, ut ægritudo infrigidetur, & eius causa calefiat: quæro si per temperata hoc fieri posset, quodnam subtile studium esset adhibendum? nam faciliter soluerentur huiusmodi morbi. Altior ergo sensus in hoc Auicennæ *lib. 2. c. 34.* fuit etiam quām Gentilis exposuerit, de quo inferius dicām. Aeginetam etiam in eandem sententiam subscriptissime video ac Haliabbatē, *3. præc. c. 17.*

quo nullus clarius in hac sententia fuit. Unde de hemitriteo loquens, cum tertianæ accessio imminet, lactucas attriplices, cucurbitas, & aquam granatorū, altera verò die, qua amphimerina premit, pullis, & hysphidabego, & zirabago: itaque alternatum victum exhibet quartum curationis modum complexus.

C A V S A M huius erroris recentiores dedere Montagnana, Marsilius Ficinus, Platearius, ac alij qui non solum Galenum, quem floccifaciunt, non intelligunt, sed nec eum quem maximè obseruant Auicennam. Turpe enim cùm sit optimum virum derelinqueret, ut expositori iñnitaris, illud verò turpisimū est, nec eum, quem vis sequi, intelligere. Cùm igitur morbi contrarij quadrifariam distinguantur, aut enim distant loco, ut calidissimū hepaticum cum ventriculo frigidiore: aut loco distant, & tempore modico, veluti cùm diaria àbile lienteria iungitor: aut sunt loco quidem non proportionata, sed tamen seiuincta cor-

H. C A R D.

F

82 DE M E T H O D O

pore, ut in hemitriteo, plurimum enim eius locum habet seiunctum: sunt enim in venis quædam, & quædam extra: aut omnino iuncta sunt, ut in febre tertiana notha. His sunt modi cōtrarietatis in quibus oportet semper, ut obserues quod dicitur quarta primi capite ultimo, an vna dispositio sit alterius causa, an vna sine alia sanari nequeat, an vna sit alia periculosis: & hæc est sententia Galeni. ut igitur in his rem experimento conformem à ratione non alienam dictis Galeni consentientem mediteris, hæc obserua. Primum cùm disparis causæ fuerint, siue quod vna sit alterius causa, siue quod sine ea reliqua sanari nō possit, siue quod validior sit affectus, siue quod periculosis, aut omnino symptomati sanguini complicatus, illius, quod magis urget, curā per contraria in gradu molieris. Esto autem quod pares sint causæ, quod vix credi potest à Galeno: sit igitur calidissimum iecur, & frigidissimus ventriculus, obseruandum est diligenter nē vnius medicina alteri sit impedimento. Hoc autem vel ratione applicationis, vel ratione moræ, vel ratione impedimenti, vel ratione proprietatis. Primum est, ut inungas hepatis ex oleo sandalino, & rosaceo, & ventriculum ex oleo masticino & de absinthio: ratione autem moræ dabitis calida sine potu, & quiescere facies, & dabitis cum crassa substantia, veluti diatrion pipercon faciens quiesce-

GRACIUS

CIV.

re, & electuarium de seminibus, & saithalos,
& caphuram cum aqua endivia mixta cum
vino albo & facies ambulare. Dabis etiam hoc
a ieiunio, illud quandoque a cibo assumpto; ra-
tione impedimenti, dabis piper contrarium
grossum modo ut calefaciat stomachum, nec ce-
ius substantia transire potest ad hepar, & se-
mina frigida exacte contrita. Hec est causa cur
diaspoliticon non contruit nisi modo crasso;
sesto de rueda sanitate Galen. Ratione autem
proprietas, quia endivia est frigida, & conuenit
hepati, & res etiam dulcis cito ab hepate tra-
hitur, & absinthium, & piper manent in sto-
macho, & ea non appetit hepar, igitur si vel
diuerso tempore vel eodem commissa dede-
ris, simul strenue calefacies ventriculum, &
hepar infrigidabis. In cibis vero non tantum
qualitas, sed & succi bonitas attendenda est;
dabis carnes pulli, & cum pipere confracto *Platina li.*
conditas: post cibum autem per horas duas *6. cap. 14. 16.*
vinum album dilutum ita iuuant cibaria quae *6. cap. 179.*
piperata, & ius consumptum dicantur. Cum
vero morbus loco & tempore differt, curabis
opportunitis temporibus contraria administra-
re, & hoc sit ut ante bilis accessiones vienum
demus granatorum, lienteriam vero non so-
lum exterioribus fomentis ex meta iuemus,
sed ante cibum aliquid ex citonio cum pipere
condito administremus, paulatim infrigidan-
tes hepar, quia membrorum principalium in-

F ij

frigidatio moderari debet: post viem ut compositis contrariae factionis, qualia ex pipere, absinthio, iñtibo, santhalis, melonum seminibus, hæc multum, illa minimum contundentes: qualia etiam inueniuntur ab Auecenna in suo antidotario quamplurima laudabiliter descripta.

Cum vero materia fuerit veluti quodquomodo disuncta, ut in hemitriteo (quamquam & febrium talium, nec numerus sit, nec ordo) maior intentio est in cōcoctione & euacuatione, in quibus sanitas potius consistere videtur. Nam cum ad intentionem peccantis qualitatis intendimus, cibis calidioribus frigidiora permiscentur: plus enim unaquæque res suo contrario destruitur, quam à consimili fouetur. Omphacium igitur, & pruna, & acetum, & piper, carnis volatilium miscemus, ita tamen ut meminerimus cibos nos præparare, non medicinas. Nam eiusmodi nullam cibirationem, sed condimenti obtinet: ita etiam ptisanam, pipere modico, passeres, seminibus albis condiemus: atque ita in medicinis calida frigidis permiscebimus, nō absolute quidem (hic enim est error medicorum nostri temporis) sed eo in gradu, ut vicissim morbis opponantur. Hæc fuit illa antiquorum nunquam satis laudata solertia, à nostris autem non intellecta atque neglecta, componentium philonia, ceterasque opiatas medicinas, in qui-

bus utriusque contrarietatis extrema copulauerant; opium, hyosciamum, mandragoram, atque ex opposito; piper, castoreum, euforbiū, quædam etiam aromaticā, non solum ad vires membrorum roborandas, ac ab hominationem tollendam, sed ut extremum extremito tanquam per medium conuenientius iungeretur ad tollendas extremorum morborum, ac etiam contrariorum dispositiones. Sic enim simul & cholicam tollunt, & pituitam calefaciunt, & febrem auferunt. His medicinis sanè nullam, si recte operatus fueris, virilitate comparaueris. Si igitur quisquam noctis tertiana detinetur, non habebis hīc temporum vicissitudinem nec membrorum, sed quantum in ipsa est, tentabis, quæ de hemitrieto dicta sunt, permiscere, nullam disolucionis occasionem expectans, ut in reliquis. Verum caue, ne cum superfluo experiaris, sed in omnibus oppositarum virium commode proportione temporis, morbi, naturæ, & reliquarum indicationum medicinas temperabis. Reliquum igitur est, ut obiecta dissoluamus, & primò quæ à iunioribus indicta sunt. Nam quod medium quoquomodo contrarium sit extremis tanquam oppositum, ut accepit Aristoteles, satis concedi potest. At quod modo contrariū, ut æqualiter à medio distet, quantum morbus ab opposito, id nec tu conaberis probare. Tale autem est quod queri-

F iij

86 DE M E T H O D O

tur, ut dictum à Galeno sèpius. ^{supradictum est}
 Ad secundum, dictum est, primò, quod differe-
 réntia est quadruplex in exhibitione: quoquo-
 modo calidum membro frigido non calido
 copuletur, ut piper ventriculo & non hepati.
 Præter hoc etiam plus calcit frigidum mem-
 brum à calido, quām infrigidatur à frigido, si
 atubō applicentur. Cuius experimentum est
 imtabula ignita & ad ignem posita, cui per-
 petuò aqua frigida superfundatur: non enim
 ignis, sed temperata euadet tandem: cùm ra-
 men maior sit caliditas ignis, frigiditas aquæ:
 maior enim est virtus destruendi, quām con-
 seruandi, ut etiam in rebus, quas agimus, expe-
 rimur. Oppugnatores enim validos, imbelles
 defensores esse vides: ita etiam natura unum,
 quodque ad destruendum paratum est. Non
 est igitur in tot causis illa necessitas téperati.

Ad tertium, illud quidem fiet in inanima-
 tis. Carterū animata non eodem modo se
 habent, sed si fiat, ita tardè conueniet, ut mor-
 bo mora potius sit deprecanda, quām aufe-
 renda. Nam in igne experimur non extingui,
 nisi contrario etiam valido, nusquam autem
 temperato, nisi non propria causa sublate fo-
 mite.

Ad quartū, dubitat quomodo id fiat Auer-
 rois. Sed cùm ita sit, nō negabimus quod quo-
 tidie experimur, & si parùm remittatur iam,
 tamen ratio subest, ut aliud sit compositio,

aliud permutatio . Commixtio enim semper quoddam medium possidet. Verum cum aliqua qualitas etiam aduersantibus , tum medicinis, tum cibis supra modum scipsam tollat, minimè securum duco eam inter mediis auxiliis fouere, quam delere cupiamus.

A d quintum , assimilatur quod non est extraneū, aut quod modicē vrget. Hoc est, quod ^{quarta pri-} dixit Princeps, imo sēpe sufficit multa regim-^{mi c. i. in fi.} nis bonitas . Quod autem rarum est & parvæ virilitatis , non debet pro norma medendi in omnibus recipi. Nam dum hoc expectatur, æger moritur: ultra id quod non prodest quicquam.

A d sextum , aliud est consulere ratione alterius conditionis , aliud emendandæ temperaturæ causa . Nam cum lac vel oua hecticus propinamus, facimus hoc, ne laboret in concoquendo cibum, & vt sit boni alimenti, & vt paucarum supefluitatum, & vt velox ad transitum . Nam cum non nutritur, ipse hecticus in deterius agitur subito . Nam virtus nutritiva non potest quiescere per instans, vt ostendit in libro de morte. Adde quod ouum & lac sunt frigida, & etiam quia frigiditatem operamur aliis ingenii, balneo & trociscis, capitura, & cum aqua hordei & ptilana, & reliquis, pari ratione non est inconueniens ut glyciriza ratiōe extinguedat sitis: quāquam non sit ita frigida, sicut est morbus calidus, &

F iiii

ita radice feniculi in aperiendo, quanquam nō sit calida pro facultate morbi frigidi: quia non desideramus apertioñem fortiorē in principio morbi, ne materia magis cogatur quam dissoluatur. Itaq; non est inconueniens uti medicina temperata ratione alterius iuuamenti, sed eam eligere ad emendandam in aqualem intemperiem, non solum imperiti, sed rudi ingenij est.

A d septimum, ipsa est vtilis: Primò ratione alterius annexæ virtutis, vt capillus venetis ad aperiendum, cassia fistula ad leniendum. Secundò ad temperandum excedentem medicinam, vt terminos non excedat præstitoræ qualitatis. Tertiò vt corrigantur leues intemperaturæ, de quibus ab Auncenna superius disseruntur. Quartò ratione complicis facultatis nutritiæ. Nam pleraque cibaria boni succi, aut temperata sunt, aut non valde remota ab humana temperie, secundum quam à Galeno temperatum dicitur.

A t, dicet quispiam, quomodo remittetur qualitas aucta, si impermista virtutes ad membra deferuntur? Satis quidem est differentia, dicere: quod iam remissum est in missione, obesse non potest, & virtus permista ad alienum membrum defertur. Nam, vt ostensum est secundo virtutum naturalium, trahente membro quod sibi conueniens est, castoreum ab opio satis discernit, nec substitutionem opij tra-

het. Quod verò remissum est in mīstione cāloris, quoniam non est, amplius trahi non potest: non igitur supercalefieri potest vltra id, quod ex mīstionis beneficio relictum est.

E R A T nobis consilium reliqua errata diligenti trutina perpendere, sicut & in hoc fecimus: sed prætermisimus breuitatis amore, tum quod non, ut quotundam moris est, ex libro in librum transcribere voluntas fuerat, cùm soleamus ex integrō res intactas aggredi, qualis hæc est, quam nulli propter difficultatem attigerunt, alij quoniam, inter hoc & illud nihil interesse putant. Quam ob causam diuersæ intemperici & oppositæ membrorum, nesciūm meo tempore curatum plenè vidi, sed prophylacticæ potius esse cōsultum.

Quod aurum imponunt coquine. Cap. L V I I .

VI N Q U A G E S I M V S O C T A V V S a. Qubus est, cùm aurum consumptis iuri-
bus imponunt tanquam aliquid fac-
eturi: ita omne consilium medicorum est po-
tius videri probos, quam esse. Nam quod
aliquis malè agat, turpe est: sed cùm & illud,
quod malè agit, inutiliter ac peruersè facit, id
turpisimum est. Primum enim, cùm mali vi-
ti sit, aut omnino rudis, alterum est non so-
lùm imprudētis, sed omnino excordis. Quid
enim aurum in aqua decoctum imprimere
potest, quod nec validissimo igne soluitur,

*Ex prece-
pto Zoor L
theist. ca. I.*

90 DE M E T H O D O

nec odorem, nec saporem viribus adiicit, nec ipsum minuitur? Sed concedatur, nonne cum lebeti imponitur, ad fundum descendit? Vbi etiam feruente aqua, quæ in imo cacabi resider, frigida est, ut quilibet experiri potest. rogo, quam volunt in frigida aqua impressio nem fieri? Alij pullo concludunt, ut quod internum est, nondum calidum satis sit, etiam aurom crassum imponunt. Quod si tandem consilium est experiri, an auro aliqua sit vis eorum admirationi conformis, cur auri folia in sommo lebetis, ubi feruentissima ebullitionis vis perspicitur, non suspenduant? Etenim forte ita fieri posset, ut aliquid virium, quanquam exiguum, transmetteretur, nisi illud Plinij credere malunt, esse in carnibus pulli vim auri comminuendi, quodque transmutetur, quam hoc fabulosum sit. At si verum, de auro liquefacto illud docet, non de solidio. Igitur præstantissimum potius arbitror, auri frusla ignita, iure extinguere: nam hoc non modicam habere vim potest, quandoquidem cauterium ex auro innoxium magis sit, quam ex ferro, testante Principe. Quanquam & illud ad ignis substantiam leviorum pertinere posset, & licet, quod oculis conferat, argumentum egregie ac propriæ cuiusdam virtutis sit, non eius, quæ ex igne, mollitiei tantum. Itaque si quoquomodo auxilium in auro existimat, ea facite saltem, quæ si probare non

lib. 29. c. 4.

quarta pri
mit. 29. &
2. can. 73

poteſtis, attamen reprehendi nequeant. Me-
miamini, cum hæc ſcriberem, ex frequeti igniti
auti extinctione in albo vino, ſaporis quan-
dam gratiam ſenſile, que non ex igne, ſed ex
aeri ſubſtantia pendere videbatur: percepe-
ront & alij, quibus hoc consulueram utile fu-
turum.

*Quod non obſeruant momentaneam con-
coctionem.* Cap. LIX.

QUINQUE VINE SIMVS NONVS abu-
ſus eſt, in momentanea concoctione, in
qua maximè peccatur. Nam cum fluxio ex a-
lienō loco fuerit, veluti in diſtillationibus, nō
poteſt excerni permifta incocta materia: vnu-
de Galenus momentaneā concoctionē, 3. reg. acut.
vbi oportet, aucupari docet: quam noſtri me-
dici nec animaduertentes, nec mihiſ quid fa-
ciendum ſcientes, in infinitos morbos homi-
nes perducunt.

PRAESTTAT in hiſ vna concoctione viſa
ſubito eadem die ac hora euacuare, ac iterum
concoquere. Sic enim breui finietur morbus,
nunquam aliàſ ſinem habiturus, cum coctæ
vtrinæ ſequenti die, alia non concocta subſe-
cutura ſit ad multos dies permansura.
Quod accidentibus curam exhibent.

Cap. LX.

SEXAGESIMVS abuſus eſt, cum acciden-
tibus curam exhibet: cum tamen acciden-

*12. de inge.
in princip.* tia nullam habeant intentionem curatiuam prorsus, secundum Galenum. At dicent, in libro ad Glauconem curat. Facilis respōsio est, accidentia, vt accidentia sunt, nullam curam postulant: vt verò in causam ægritudinis addunt, non vt accidētia, sed vt morbi causa medelam desiderant, qualia sunt insomnietas, v. hemens dolor, & nausea. Nam primum humores acuit & robur exolut: secundum, virtutem dirimit: tertium, cibum prohibet: itaq; accidentibus cura nulla debetur. Medici plus de gloria sua, quām de infirmi salute solliciti, illud primum statuunt, vt accidentibus obuiā eant, plurimūmque fit, v. eadem cura symptoma tollant, & morbi causam vsque ad perniciem augēat. Accidentia igitur, quæ causam morbi non augent, curanda non sunt, veluti leuis dolor, sitis in corpore humido, sternutatio, oris amarulētia, inquietudo, sanguinis fluxus non superfluus, impatientia luminis, & talia, quæ solent & infirmos perturbare, & astantes terrefacere, medicū autem egregium nullo modo mouere debet. Sed in hac saltem admonitione me operam perdidisse scio, cùm prius medici luci desiderium posthabituti sint, quām huic consilio obtemperatur, quo nullum sibi præsidium apud vulgares ambitiosius habeant.

Q uod vitant hyemem in detrahendo san-
guinem. Cap. LXI.

SEXAGESIMVS PRIMVS abusus est, in
sanguinis minutiōne, in quo ex temporibus
errant. Nā cūm Princeps & Galenus ad Glau-
conem velint, vt superfluum calorī & frigo-
ris deuitemus, primūm quidem frigus, plus
quām expeditat, vitant, calorem autem minus:
vnde nono artis curatiæ cūm causas dehor-
tantes à sanguinis missione distinguēret, ne-
quaquam frigus, sed calorem immodicum ad-
numerāuit, tanquam exoluentem & siccātem
nimis: frigoris autem nullam mentionē prot-
sus fecit, vtpote quod ad negandam indica-
tionem missione sanguinis nullam præferret
vim. Quod verò ad quantitatis rationem pē-
tinere videbatur, ad vniuersalem methodum
deträhendi Princeps & moderni recipiunt.
Vnde in libro de sanguinis missione. Quod
attinet ad indicationem non detrahendi san-
guinis, aut omnino pauci, est ex æstatibus pue-
ritia, ex colore hominum candidus supermi-
stus, ex tempore anni canis. Cæterūm, quæ his
contraria sunt, aliam rationem non multi san-
guinis detrahendi habēt, vnde in maximis fri-
goribus à larga sanguinis missione cauēdum
est, hæc Galenus: quid clarius? In siccis igitur
temporibus omnimodam sanguinis minutio-
nem cauere docet: in frigoribus largam & ex-
uberantem. Præstiterit igitur, quantum fieri

4. primi
c. 20. lib. i.

94 DE M E T H O D O
ad Galen. I. potest, caniculae temporibus, sanguinis vitasse educationem. Vnde Galenus ibidem, quotquot sanguinem miserant his temporibus, mortui sunt. In hyeme autem nunquam, temporis habita ratione, ab ea abstinentiam, sed parcus subtrahendum. Principue ubi extrema hyemis & regio, & temperatura frigidissima copulata fuerit.

Quod dant cassiam post incisionem venae.

Capitulo LXII. super incisionem

incisionis in membris locis tamen, non tam

SEXAGESIMVS SECVNDVS abusus

est, quoniam ipsi dant cassiam post sectionem venae, & in hoc videtur utri duobus motibus contrariis non secundum unam rationem. Quare natura impeditur & debilitatur: ideo periculosa est haec operatio, damnosa, & ab antiquorum mente aliena. In tamen celebri tamen usum eam videmus, ut nihil frequentius inueniatur: & licet Galenus post venae sectionem extremum moueri concedat, attamen illud est per accidens in deliquio: non enim aliquid propinavit: vnde super aphorismo illo (Cum morbi inchoant) vult Galenus quodocque unum auxilium, quandoque alterum; nequaquam tamen ambo simul unquam esse necessaria: & Princeps, cum autem unus humor superabundat, tunc magis est necessaria purgatio: cum omnes, incisio venae. Igitur ex

9. de inge-

*29. secunde
particule,
quarta pri-
mitie. 4.*

diuisione patet, quod nūquā simul sunt op *quartæ p̄d*
portuna: & alibi , Balneum non est vtile , ed *mic. 3.*
quod trahit materiam ad extra tempore phar
maci: pari ratione nec sanguinis missio , cūm
materiam ad venas magnas trahat , Purgatio
verò contra. Vnde in aphorismis, æquales hu- *2 par. aphor.*
mores sectione venæ euacuabis : inæquales *rijius 3.*
medicamento, hoc modo minima medicamenta ad ea invadere
concessis mūtūs sunt iv, aliquo bōlestrōg
2. *Quod fluentibus mensibus timent venam*
incidere. Cap. L X I I I .

SEXAGESIM V S T E R T I V S error est,
quoniam fluentibus mestruis, timent quo-
quomodo sanguinem subducere in eo tem-
porē. At Galenus totum oppositum facit: *9 artis medic.*
nam cūm diminuti fuerint menses, eo tem-
pore Galenus supplet defectum per venæ in-
cisionem, secundum quantitatem qua defec-
terunt. Animaduertere autem oportet, quod
ratione ægritudinis potest sanguis defrahī à
brachio etiam. Verū ratione mensium de-
ductur à pedibus. Cūm ergo conuenerit se-
ctio venæ secundum pedem, non dubitabis,
In ea verò, in qua iam multo tempore defec-
terunt menses, cubiti interior vena secunda
est. In hoc genere frequentissimos inuenies
aberrantes, ob quæ dimittētes sanguinis mis-
sionem, ægrum occidunt. *ibidem idem cum i-*
origine illa in qua secundum et latitudinem
corporis: *H. C. R.*

*Quod non audent scalpere in cucurbitulis absque
purgatione. Cap. L X I I I .*

SEXAGESIMVS QVARTVS error est,
quoniam ipsi non audent scalpere in cucur-

*ib. de cucur-
bitulis &
13. de inge.
ybs docet ex
trahere tu-
mores schi-
rosos & col-
lectiones.*

bitulis absque purgatione, & in hoc peccant
grauius. Nam dictum Galeni de cucurbitulis
intelligitur in non incisissim autem traducit
ad sculpturam. Nam cum posuerit capitulum
generale de ipsis, ut sunt tantum auertentes.
& calefactiæ, subiungit de sanguisugis &
sculptura, ita quod intellectus illius loci est pe-
riculosus, & malus. Distinguendum est igitur
hoc modo: Cucurbitulae, quæ apponi debent
ad distrahendū, præsupponunt corpus mun-
dum: quæ vero ad corrīendum temperaturā,
nēquaquam: quæ vero inducitur, vel debent
poni in causa emendādi sanguinis cum extra-
ctione per incisionem, & sic incisio præcede-
re debet; aut absolute, & sic non præsuppo-
nunt. Breuiter nihil voluit Galenus ibi nisi
duo. Primum, quod vbi scalptura debeat fieri
cum purgatione ventris, aut venæ sectione,
talia debent præcedere sculpturam, non con-
uenient modo, non quod absolute præcedere
debeat, sed vbi duo simul oporteat fieri. Se-
cundum, quod cucurbitula sine scarificatione
non debet apponi, quantum ad resoluendum
dispositionem, nisi corpore expurgato. Ter-
tium vero alibi addit, in ægritudinibus cutis
cucurbitula non debet apponi nisi expurgato
corpore:

corpore : nam sic plus trahit quam resoluerat,
sive cum sculptura seu *χαραγή*, seu non.

Quod curant phthisicos facio cura.

Cap. L X V .

SEXAGESIMVSQVINTVS error est,
quia in empicis & phthisicis perdiderunt *empyris*
curam veram: & est, quod si sanies sit alba,
iuuat incidere ac exurere secundum pectus in
loco in quo velocius peria exiccatur. Et licet
Albucasis capite, 31. partis prime, videatur hoc *6. apha. 27.*
quasi ignorasse: attamen inuenimus nos Hip-
pocratem super hoc conuenienter ausum, &
ratio testificatur super hoc, quandoquidem
nulla alia salutis spes inuenitur, & quod sit in
exterioribus licet periculosius, necessariò ta-
mè magis sit in interioribus: & hoc est primū
in quo plurimi moriuntur, qui sanari integrè
possent.

SE C V N D V S error circa hoc est, quod ipsi
vtuntur propter constrictiōnēm pectoris. &
febrem hecticā & accidētia eius, & febrem
putridam, cura humectatiua, & nesciunt illud
quod dicebat Galenus secundo artis curatiæ,
quod cura ulcerum est exiccatiō. Et ita dum
augent causam principalem & curant ramos,
faciunt curam palliatam producendo ægrum
ad mortem miserabiliter, & decipiendo. &
malefaciendo.

IN S T R V E N D O igitur vnam curam iu-
H. C A R D . G

98 D E M E T H O D O
 hoc casu, ut hæc sit argumentum aliarum, pos-
 namus quòd cuidam sit phthisis ex vlcere pe-
 coris, & nondum peruererit ad vlcus pulmo

Cura prima nis. In primis quidem dabis ptisanam hordei
 & mulsum cum hordeo expurgans, & in ptis-
 ana pones bolum armenum, & facies eam ex
 aqua decoctionis mitti, aliquando corticis me-
 diani fraxini, aliquando ex decocto apij, ali-
 quando oliuellæ, aliquando caulium: ita ta-
 men, ne multa virtus eorum ingratum cibum
 faciat. Dabis interim hoc ad expurgandum
 mirabile decoctum.

Ad Phthisim, remedia Authoris optima.

Et radicum iridis & cari agrestis, & assari, &c
 myrrhæ, nasturtij, amigdalorum amararum,
 serapini, hyssopi, prassij, radicum apij, foliorū
 oliuellæ, radicū gariofilatæ, glycirizæ, a. 3. i.
 capillorum veneris vitidium p. i. coquantur
 in libris. ii. aquæ ad consumptionem medie-
 tatis, cui collatae addantur pro qualibet me-
 diate singulis vicib⁹ succi raphani a. 3. ii. vs-
 que ad. 3. v. secundum tolerantiam, sachari. 3. iii.
 bibat tepidum in aurora: hoc solo possunt fa-
 nari medicamine.

*Cura secun-
da.* Quòd si non omnino sanantur, sed tantum
 expurgantur, siccato vlcere ab exteriori pure,
 detur boli armeni infusio. 3. ii. in aqua oliucl-
 lae vel gariofilatæ, cum 3. fl. vini albi, & hoc
 bis in die: comedat etiam carnē ericij. Quòd

Si eum hoc remanserit caliditas, detur. 3.i.tro-
ciscorum de caphura omni die cum aqua ge-
ranij. Quod si nec per hoc sanatur, post pri-
mum decoctum detur hoc.

3z. hordei 3. ii. coquatur in libris. ii. aquæ *Curæ tertia*
ad ruptionem perfectam, postmodum impo-
nantur cancerorum fluuialium carnes, videli-
cket caudæ, & coquantur ad perfectam disso-
lutionem, & in hoc dissoluantur trociscorum
de luto armeno. 3.i. 3. pro singulis vicibus: in-
terim exhibeatur ouum cum hoc.

3z. pulmonis vulpis, boli armeni. añ. 3. 3.
capiat cum luteo oui, & vtatur etiam 3. i. 3.
syrupi mirini cum. 3. 3. myrræ & 3. 3. tro-
ciscorum de caphura, & de bolo armeno, &
vtatur ante cœnā sacharo rosato ex 3. 3. vñq;
ad.ii.secundum tolerantiam cū luto armeno.

Quod si per hoc non sanatur, distilletur
lulum armenum ex lib.iiii. & de aqua illa de-
tur per horas septé ante cibum. 3.i. cum 3. i.
aquæ pimpinellæ: & sunt aliqui, qui cum ipsa
exhibit aquam sanguinis humani & sananti:
& utilior medicina est vñs aquæ boli arme-
ni, vt dixi, per dies quadraginta. Et si hoc non
contulerit.

3z. radicum apij, foliorum oliuella, añ. 3. 3.
raphani 3. i. 3. infundantur cum 3. ii. boli
armeni, & fiat, sicut dixit in libello de aqua
ligni, & capiat quadraginta diebus, & sa-
nabitur.

G ij

6. cura.

Quidam bibit oleum vitrioli cum aqua cal-
pillorum veneris, vel caulinum, & sanatus est.
7. cura.
Et aliqui dant aquam vitæ cum bolo armeno,
deinde sacharum rosatum, & vtuntur aliquan-
do cicere excopticato, & aliquando aqua li-
maciarum cum hæmatite, & omnia hæc sunt
mirabilis iuuamenti. Sed modò ponamus tot
auxiliis, vt plerunque accidit, ægrum non iu-
uari: si posset transmitti ad habitandum in sil-
uis piceæ, plus iuuabit, quam si habitaret in
Ægypto. Et ex his, quæ multum iuuant, est vti
terebentina frequenti cum ouo, diminuendo
quantitatem oui & est singulare: & cum pau-
ca est materia retenta, & sputum satis facile,
& reliqua difficultia, tunc sachari rosati quanti-
tas perpetuò assumpta cum pane recenti sa-
penumero consolidat, & puluis herbæ sculæ
ad hoc est mirabilis: nos verò sic sanauimus
multos.

11. cura per
cauterium
in fine.

7. cura.

Cv m verò æger cum hoc tendit ad malum,
faciemus curam, quam præcepit Hippocrates
in tertio de morbis, hoc modo. Cùm quis pu-
rulenta spuit, tunc ægrum in sede ponito ieiun-
um, ac aliis eum humeris concutiat, mouen-
do fortiter & velociter, ac aurem admoue pe-
ctori, qua parte sonitus exauditur, ea pus col-
lectum est. Quod si non sonet, nihilominus
stante tussi & difficultate spirandi cum tumo-
re pedum empima est, siue collectio saniei.
Tunc igitur terram creticam madefactam, vel

cretam superimpone, ac siccatam denuo ma-
defacito, donec cognoscas eo latere saniem
contineri, quo prius pus siccatum est: cogni-
to latere secabis ea parte, qua sanies redūdar,
iuxta præcordia, ab horaque sectionis exures,
non solùm locum incisionis, sed & patientem
locum, donec possit coalescere, nec sanguis
aut pus amplius effluat: post quotidie bis à ie-
junio, linamento crudo, videlicet sicco intro-
ducto, saniem extrahes, ita ut duodecima die
totum effluxerit: atque ita exiccato toto tho-
racis ventre curabis, ut iniecta mulsa tussiat,
sanabisque interius vlcus per medicamenta,
demùm eum curabis completere. Quod autem
non hoc solùm de empicis dixerit, sed de ve- *empyis*
rè phthisicis, patet, cùm subiunxit (sic etiam “
suppurationes ex vulneribus, pulmonis vitio “
magnis obseruationibus obseruato curatój) “
Signum autē mundi pectoris est, mulsa mun-
da regrediens per os vulneris, pulsa per tuf-
sim: cùm verò conualuerint, lac asinæ potan-
dum dabis, donec ab hectica fuerint liberati,
ac trociscos, si libet, de caphura. Hæc est vera
ratio curandæ phthisis, quæ vlcere spiritualiū
facta est: quanquam illa, quæ pulmonis vitio
est, vix curari possit. Si autem pus saniesque,
quas expuunt, non sint probatæ qualitatis, ab
hac cura penitus abstinebis, secundum Hip-
pocratis Galenique sententiam. Manifestum
est autem & hac cura empicos sanari maximè.

G iij

Valeant ergo, qui curam exercentes, blandientem egrum occidunt. Nam ista operatio multò minus periculosa est ablatione lapidis ex vesica. Eorum verò, qui in pulmone vlcus habuerunt, cùm pus bonum erat, nos aliquos salvauimus.

Quòd exturbant agros à somno.

Cap. L X V I .

SEXAGESIM VS SEXTVS abusus est, cū agros aut syrporum aut medicinatum propinandarum causa à somno exturbant, plus incommodi ex somni interruptione fermentes, quām vtilitatis ex phármaco. Nā somnus semper bonus, nisi in principio & in aug-
mento accesiōnis : quibus temporibus medi-
cina etiam est inutilis. Nunquam igitur æger
solius potionis causa à somno erit expergi-
scēdus. In quo etiam errore accidit, vt somnū
cōcedant post medicinā leuē: in quo cōtradi-
2. aplo. cō. 1
*quarta pri-
mica. 5.*
2. & 3.
tantum syrupū in die, & cibum duplicant aut
triplicant : cùm intentio Hippo. in libro regi-
minis acutorum fuerit, vt cōcessio fieret toties,
quoties cibus dabatur. Ob hoc oximel
dedit, quandoque pro cibo, interdum pro po-
tu. Melius igitur est, vt in acutis saltē syrupi
duplicentur, & frequenter syrups acetosus
pro potu confert. O quām in hoc medici no-
stri temporis sunt secordes!

Quòd inungunt renes ex vnguento Galeni. Cap. LXVII.

SEXAGESIMVS SEPTIMVS abusus est, Sin vunctione renum ex vnguento Galeni frigidante: in quo toties peccant, quoties cogitant. Nam primò dant infrigidandi causa, & oleum iam sui natura calidum est, & oleum rosatum est ferè medicina temperata: nam rosa ibi est secundum virtutem, & oleum secundum substantiam: elaboratio ergo illa licet refrigeret aliquatenus, non est tamen sufficiens. At dicunt, aperit poros, & ex hoc solvit calorem febrilem. Ego inuenio, quòd confert in apostematibus, quia confortat partes in principio, constringendo eas ne recipiant: sed hęc defendantur licet, malus tamen usus eius in principio, quia repercutit materię ad intra, nec habet vim refrigerandi quoquomodo illud, quod est in venis, multò minus, quod est in arteriis, & in concavitatibus. Secundò, quia ipsi perpetuò inungunt sine aliqua ablutione, & in hoc faciunt totum contrarium quæstori. Nā pinguedo olei obturat poros, & quod est terreum, residet in eis, & facit nocumentum magnum. Tertiò, quia inungunt ex eo calido, & iam præceptū Galeni est, quòd nisi aliud obfit, actus medicinæ debet esse conformis potentiaz, vnde cerusa debet imponi frigida, & oxicroceum calidū. Quartò, quia dixit Auenzoar, quòd omne oleum exterius appositum

3. de tēperā-
mētis in si.

1. theſſi. t. 1.
ca. 7.

G iijj

104 DE M E T H O D O
 nocet in ægritudine ex bile, & ratio est cum
 eo: quia nihil est inter liquores, quod facilius
 inflammetur. Nec inuenimus Galenum vti,
 in cura putridarum, inunctione olei alicuius,
 nisi ad maturandum, vt in ventre cum camo-
 millino, etiā si sani eo tempore propter vsum
 balnei assiduè vngreteretur: quantò minus nūc?
 Et ex hoc patet error illorum, qui etiam heri-
 spelata inungunt oleo rosato. Nā cùm mor-
 bus est vehementis inflammationis, debent s
 vti aqua cum caphura, & vidi propter hoc a-
 liquos male terminari.

Dico igitur, quòd primò talis inunctio nō
 conuenit, nisi factis euacuationibus. Secundò,
 quòd debet fieri, quando competit, ex oleo
 frigido in actu, non calido. Tertiò, quòd post
 horam diligenter debent detergi renes cum
 vino albo, antequam iterum vngantur.

*Quòd quandoque præponunt medicamentum
 seccions venæ Cap. L X V I I .*

*quarta pri-
 mi cap. 4.* S EXAGESIMVS OCTAVVS abusus est,
 quoniam propter dictum Avicennæ faciūt
 quandoque ut pharmacia præcedat inci-
 sionem venæ, & quidam dant cassiam ante: &
 intentio in quarto regimini scutorum est,
 quòd ilud, quod dixit author illius libri, siue
 Hippoc. siue eius discipulus, sit verum, & est,
 quòd sanguinis minutio, non solùm omaen
 medicinam, sed & clismata debeat antece-
smaln

dere. Itaque valde peccant, qui cassiam vel etiam enemata preponunt incisioni venæ, sed deterius valde, qui alio utuntur medicamine. Quod si dicant, Caeue ne fastiditum phlebotomes ex Principe, nam & illud voluit Hippo ^{quarta pri-} crates & Gal. Respondeo, quod fastidium ^{mi ca. 20.} non tollitur per cassiam, nec per medicinas ^{i. reg. acuta.} nisi violentas, aut per inediā: quomodo igitur anteponent quidquam?

V T I L I V S igitur existimo ab ipsa inchoare venæ sectione, nec lenitionem ventris præmittere, & si Principi placeat: & multò minus purgationem, & ratio super hoc est, quod sectio venæ trahit, quod est de propinquuo cordi ad extremum, & lenitio, quod est propinquum hepatis: melius autem est, ut matraria, quæ est iuxta cor, declinet ad hepar, quam econuerso. Igitur minutio precedet, nec humores in venis superabundantes alio modo melius soluuntur, quam venæ sectione. Non igitur purgatione, nec quod est in concavitatibus, trahetur ad venas magnas per solam minutionem, nec hoc contradicit ei, quod dictum est in decimoseptimo abuso. Nam tunc nulla est intentio subducendi sanguinem merito morbi, & si forte aliquando merito quantitatis vel alterius causæ: ad authoritatem tam Rasis alias dicam.

affordit enim lectori hanc placitatem, quia non
est tempus quod est nichil nisi invenimus tempus

Quod vtuntur iuribus in confortando ventriculum. Cap. L X I X.

SEXAGESIMVS NONVS abusus est, quo
niām vtuntur iuribus artificiosis in con-
fortando ventriculum, & nesciunt primò,
3. de simpl. medi. facul. cap. 11. quod omne pingue laxat & mollit: secundò,
quod talia sunt humida in actu, etiam quod
essent siccata in potentia, & ideo non possunt
iuuare in tali dispositione. Nam forma plus
facit, quam virtus. corrugatio enim & incris-
pacio sunt, quae confortant ventriculum, &
iura actu distendunt & relaxant maximè in
plurimā quantitate. Igitur cura vera est cum
electuariis de sacharo, solutis tamen, & cum
trociscis & similibus.

Quod in hectica dant medicinas.

Cap. L X X.

EP T V A G E S IMVS abusus est, quod in hecti-
ca dant medicinas: de qua posito quod sit
curabilis, nihil adhuc est deterius. Et ego
pono rationē: nam laxates caleficiunt & exic-
cant, etiam quod essent violæ, & addunt in ca-
lidityte & siccitate. Reliquæ medicinæ, etiam
quod non leniant, nocent tamen, & pona-
6. odi. ca. 1. fo. 1. 8. col. 4. mus de caphura, quæ secundum rationem Ga-
17. odi. c. 7. fol. 362. leni iuuare debet, maximè secundum autho-
ritatem Rasis, & ponamus radicem dulcem,
& manifestum est, quod in sanatione hectici
oportet sanguinem arteriale refrigerari, ac

similiter arteriam. Sed in sanguinem arteria-
lem nihil transit nisi sanguis venalis. Igitur
oportet medicamentum factum iam esse san-
guinem venalem, ac virtutem illam remisisse:
omitto rationem, quod exigua quantitas con-
tra tantam multitudinem, tenitente corde &
arteriis, nihil proficiet, & hoc saluo casu in
quo etiam venalis effervescit, sed tunc spes
nulla est salutis. Forte possunt dare, ne cor-
rumpatur venalis ab arteriali, tamen relinqu-
tur intentum, quod nullus hecūcus conue-
niēter potest curari per medicinam aliquam,
& quod in uno solo casu possunt exhiberi,
quæ nullo modo ventrem mouent, quæ au-
tem leniunt nunquam. Igitur in hecūca om-
nino sunt fugiendæ medicinæ. Quod si dicāt,
cum complicantur putridæ, dabimus propter
putridam: & ego dico, quod tunc solidum suffi-
ciunt con quoquentia, & nōumentum me-
dicinæ attractiæ hecūcae est maius iuuamen-
to, quod facit in putrida, & in rei vētitate tūc
remanet aliqualis ambiguitas, & etiam de
principio curæ, de quo dixi in libello florido-
rum. pro nunc satis sit intelligere, quod me-
dicina in hecūca, quæ fit ex vlcere pulmonis
& apostemate renum, posset procedere, vbi talis
causa efficitur curabilis: sed causæ essentiales
morbificæ membrorum, quæ sufficiunt ad ge-
nerationem hecūcae, sunt insanabiles. Igitur
nunquam medicina conueniet. Consultum

108 D E M E T H O D O
rhis
physistica
 est igitur prudenter in lacte & in balneo aquæ
 frigidæ, in quibus duobus auxiliis est omnis
 spes, & in aliquo casu trocisci frigidæ laudan-
 tur potius prophylactica, quam curatiæ par-
 ti consulendo, cum videmus hepar inflammata
 & corpus ad febres parari.

Quod derelinquerunt usum incisionis arteriarum. Cap. LXXI.

SEPTVAGESIMVS PRIMVS abusus
 est, quoniam ipsi derelinquerunt usum in-
 cisionis arteriarum, & incidunt solas venas.
 Scio, reclamabunt quod hic error est in non
 faciendo, quasi non sit error nisi in faciendo.
 Fateor maiorem in faciendo errorem esse, at
 in non faciendo imperiti medici est omnino.
 Vnde sciendum quod, ut in libro floridorum
 dixi, in febribus putridis soluenda oppilatio-
 nis causa vena inciditur, ideo nunquam atte-
 ria, quia in ea non cadit oppilatio; attamen in
 15. totte. xl.
ca. designis
pleurefis.
 omni dolore pulsatili, ut habetur à Rasi, de-
 bet arteria incidi. Ideo in pleuresi non incidi-
 tur, quia non est dolor pulsatilis, & hoc bene
 animaduertit Princeps decimo tertij. Ideo Ga-
 lenus etiam monitu somnij se curavit à dolore
 lateris sine febre: nam, ut visum est ibi, om-
 nis dolor pulsatilis est per se sine febre putri-
 da, sed coniungitur ephimeræ: declarauit hoc
 ibidem. Oportet autem ut sit dolor vehemē-
 tis pulsationis, in principio etiam; nam cum

iam apostema magnificatur, fit dolor pulsati-
lis ratione compressæ arteriæ, de quo dolore
non dico.

Cv M igitur dolor aliquis vehemens & pul-
satilis à principio ægrum infestauerit, arteriā,
quæ in directo est, incide, & multum permit-
te fluere sanguinem, donec in ipsa operatio-
ne dolor cessauerit.

Quod prohibent aerem liberum ab aegris.

Cap. LXXII.

SEPTVAGESIMVS SECUNDVS. abu-
sus est, cùm ipsi includunt miseris ægros
cameris prohibentes ab eis aërem liberum,
tanquam aët liber ad salutem non sit utilissi-
mus. Vnde aët perflatus emédat malam tem-
peraturam cordis & spiritus, & reuocat calo-
rem naturalem, & exhilarat animum, & tollit
malos vapores. Ut 3. theist. t. 3.
tilis autē est omnibus mor-
bis, exceptis læsionibus capitis, maximè vul-
neribus & contusionibus. Secundò, quando
aët est corruptus, ut tempore pestilentiae, quam-
uis tamen Zoar altas, Rasis perflatas cameras
consulant, defendi possunt aëre nō corrupto.
At in omnibus aliis debent teneti fenestræ a-
pertæ, nisi sol noceat nimia caliditate: maximè ca. 1. & 10.
autem est hoc utile in febre pestentiali &
phthisi ac similibus, & hoc nisi in horis conci-
liandi somnum. ad Alma. cap. 16.

NO DE M E T H O D O

*Quod exercitationem à cibo noxiā existimant.**Cap. LXXIIII.*

SEPTVAGESIMVSTERTIVS error est, cùm exercitationem à cibo noxiā esse credunt: & quanquam non in re ipsa semper decipiātur, in cauſa tamen errant pri-
mò, quod generale præceptum esse putent. Cauſam igitur credunt esse, quod cibis non concoquatur, crudusque exeat è ventriculo: sed nec in hoc aberrant. Plerunque enim hoc contingit: sed cur descendat, in hoc decipiuntur. Nam existimant ob id, quod os ventriculi sit in fundo. At verò si quis aliis error, hic certè est tolerabilis. Nam Galenus hoc credit: inquit enim in anatomicis, à gibbo ventriculi incipiens, usque ad imum ipsius terminum, quem Græci pyloron vocant, intestinorum origo est. Quamobrem si sic se habe-
ret, etiam leuis deambulatio periculosa esset, & non lateret nos, cur à cibo exercitari minimè conueniat. Verùm Galenus, quod exercitium noceat, nimis planè docuit, sicutque plerunque res se habet: cur autem hoc fiat, ne-
mo adhuc explicat, nisi ex falsa suppositio-
ne. Constat enim ventriculi os inferius in su-
prema parte esse totius amplioris capacitatis, ex dextro latere, ab illius fundo in perfectis hominibus palmo fermè distans. Quò fit, vt
nisi admodum quis se repleteat, tum maximè potu, etiam si pylorus apertus sit, nihil efflu-

*lib. 6. & 4.
detinens san-
in fine.*

xurum. Ergo exercitium hac de causa, nisi sal-
titet homo, obesse non potest, & tamen no-
cet: Quid igitur in causa est? porrò nō solùm
in prima, sed etiam secunda concoctione ob-
est, nec tamē pylorus alter est in iecore. Quid
igitur? Reor duabus de causis concoctioni no-
cere exercitationem. Primum quodd iecur ac
membra excalefaciat, quæ exinanita prius,
quam absoluta sit coctio prima, cibum ad se
trahunt. Secundò quodd perturbentur ea, quæ
in ventriculo sunt. Si enim tantum obest ya-
rietas ciborum, quia difficulter concoquun-
tur: tum verò malus ordo magis. Necesse est
eum, qui à cibo exercitatur, utriusque exem-
plū p̄fūtare, varietatis scilicet ac mali ordinis.
Quare quæ ventriculo insunt, partim cocta
partim cruda, alia etiā semicocta erunt. Mani-
festum est igitur, cur exercitatio noceat. Ad-
erit & prolixa spirituum à loco reuulsio tum
resolutio, si violenta fuerit. Quare à cibo le-
uis inambulatio ac breuis confert. Si quispiā
etiam exerceri necesse habet, à potu caueat, &
tenax substantia vi suscipiat nutrimentū, qua-
le est panis: & si aliud placet, mel, aut amigda-
læ. Ex hoc verò manifestum equitationem
exercitatione paulò minus obesse, nisi in a-
sturconibus levissima ac breuis peragatur.
Cùm tamen non calefaciat in illa corpus, ab ex-
citatione in multis, longo relinquatur in no-
cendo interuallo.

*Quod dant in articulare morbo & podagra
decocta cum vino. Cap. LXXIIII.*

SEPTVAGESIMVSQVARTVS abusus est, cùm in articulib⁹ morbis tum podagra chitagrāque decoctum in prandio & cœna pro potu exhibent, ex cinamomo & radice dulci, ac corianni seu coriandri semine, eodem tempore vinum concedunt. Quin etiam in prandio dant vinum, à prandio decoctum: alij etiam deterius consulunt, ut vino decoctū immiscant. Hæc est illa egregia medicina nostrorum temporum: in qua nulli rei consolitur, nisi ut nouum aliquod commentum ex cogitur: tum verò ut alios imitemur nō qui profecerunt, sed qui callidè artem exercuisse videtur. Nihil habent pro se in hac causa, nisi quod cibi laboratiū his morbis, tamen aliis diuturnis medica virtute carere non debent. Verū, ut ex initio rem aggrediar, alias pri mò viētus aliisque potus ei, quæ ex bile fit, alias ei, quæ ex pituita, debetur. Nam in hac vim conedit Aetius libro duodecimo, & cibos calidiores, cùm in biliosa non concedat. An igitur hoc erit medicamentum circulatorium, quod omnibus ferunt conuenire morbis? Summum verò Græcorum in hoc consilium est Alexandri, tum etiam Aetij ac Pauli, Galenique ac Arabum omnium, ut cibis parum nutrientibus alantur. At vinum conferunt nutrit, maximè rubrum, quod præferunt cæteris.

cap. 23.

cap. 26.

lib. 4.c.1.

lib. 12.c.16

G 23.

cæteris . Demonstrauimus etiam nos in con- *l. i. t. ac. 2.*
tradictore nostro , vinum hoc habere præci- *con. 7.*
puum vt nutrimenti assumpti maximam par-
tem in sanguinem transmutet . Ipsum etiam
decoctū plurimæ nutritionis est causa . verum
hæc tolerari quandoque possent cum cæteris
erroribus : at diuersos potus miscere malum
est . Nam varietas cibi concoctionem impe-
dit; at nec minus potus . Pars enim iecori dile-
cta trahitur ac secum rapit , quod noxium est:
imò & Actios vinum cum exhibet , paucum,
syncerum , fuluum ac subtile dat , non autem
cum aqua permixtum . Est etiam vino peculia-
re , vt decocto iunctum accescat . Vnde etiam
cum aqua hordei dare syrum acetosum ve-
tuit Princeps: & quanquam hoc dixerit de a- *prima qua*
lib. 12. c. 30.
qua hordei cum syrupo acetofo , ostendit ta- *ti trac. 2.*
men illud esse verum , etiam si sumatur cum *cap. 9.*
vino , vt declarat experimentum : utrumque c-
nim corruptitur . Causam corruptionis esse
calorem , non hordeum , satis declarat Colp-
mella , vbi eum redimere docet . Ignea enim
vis vt musto addita , preferuat ne acidum fiat:
sic ad permutandum vinum egregiam habet
facultatem . Optimum præterea est consilium
Græcorum , vt cibi omnes ventrem lenem fa-
ciant , coriannum , cinamomum , & radix dul-
cis astringunt non parum . Hæc etiam medica-
vis nimis ventriculum offendit ac iecur . Imò
nullus eorum , qui hoc potu cum vino vnu-

H. C A R D .

H

tur, ad senectam perueniet. Habet enim præcipuam in se noxiam exurendi iecur, & hecticam aut hydropem conciliabit. Eadem enim est ratio, quæ in calida aqua dicta à Principe.

*secunda pri-
mi doc. 2.c.
16. in fine.*

Vtinam tantum studerent medicorum libris, ut ambitioni & avaritia ac dolis: dormitante, quæ passim iacet, in omni podagra & chiragra, in qua articuli nondum excusi sunt aut tophum habent, curam exactam inuenirent: quam ego ad hanc usque diem nō docui, cùm occasionem expedem. Adeò enim quidam mente capti sunt, ut non tam sanari cupiant, quam hæc immeritis ostendere. Veruntamen aliás, in contradictore suo loco, omnia, quæ ad negotium hoc pertinent, edocebimus.

M E L I V s igitur esset vinum aqua calibeata diluere, atriplices ex garo ante cibum sumendo: si autem aqua bona sit, ex cartami seminis, aut cnico (idem enim est) sumatur paſſis vuis additis. Hoc optimum, hoc salutare præsidium, quod illi proportione responderet.

*Quod in capitib[us] vulnerib[us] ossis terebratiōne
frustra molliuntur. Cap. LXXV.*

S E E P T V A G E S I M V S Q V I N T V S abusus est, quem olim Conciliator explodere nixus est. Sed avaritia pessima chirurgorū cum denuo redemit. Duplici autē modo pecant, & quod frustra terebrat nō sine magno virę discrimine, & quod vnguenta pus trahē-

tia nunc sine diligentia hac freti securitate cōficiūt. Tōlores videoas in omni capitis vulnere os capitis detrahēre, tāquam cerebrū artocreas fit. At illud, prāter periculum, accedit, quōd sa- nati debili capite, atque omnibus causis obnoxio superuiuunt. At illi rem magnam astātibus fecisse videntur, ac simul ægrum ingeniti periculo liberasse: & hercule id agunt, sed pe- riculi ipsi authores fiūt. Interim ne aliis minus audacibus, quos existimari volunt imperitos, credamus, impetrare à nobis solent. Scio quē- dam, cùm ceratum cōfecisset, quo ossa ac pus non secus ac forcipe & cotto detraheret, bis veneno ob iauidiam expetitum, ab aliis chi- rurgis: Marcus ab Vrſa dicebatur. Timēt enim illi, ne sic nimio plus ars ipsa vilescat. Exem- plum sequentes, vt fertur, Chiorum. Ut enim lachrima lentisci superabundauerit, mergunt quod supereſt, ne pretio ſolito decedat: ſic illi malunt ligurica liberalitate defungi, quām quicquam ſupereſſe aptum vſibus hominum. Sed ad rem redéo. Cūm in vulnere non ſcinditur os villo modo nec confringitur, iam omnino terebra fruſtra admouetur: ſi verò os quidem ex ſuperficie vulneratur, nec ſic terebrare os oportet, cūm ſanies ingressum non habeat, ad membranam duram. Si etiam diuiditur ac oſſis pars, donec membrana de- tegatur, auſertur, iam nec ſic opus habemus ferro, cūm exitus puris pateat. Rursus ſi fran-

H ij

116 DE M E T H O D O

gitur & concidit, iam terebra opus non est,
sufficit enim partem fractam iam auferre.
Quod si non concidit, æger tamen habet mor-
tis signa, in opere ipso morietur. Declarauim-
us etenim, quod his, qui nihil fecerunt me-
lius sunt habituri, admouéda manus non est.
At si spes sit, os autem sub percusso loco ri-
mam non habet, sed alio, quid proficies, si in
loco vulneris os terebraueris? Neque etiam
cum vincula pericrante & duræ membranae
futuris serratis colliduntur: cum non sit vi-
tium hoc in directo vulneris, sed sub cute in
latente parte ut incertus sit omnino illius lo-
cus. Sed nec ubi rima in osse temporis. Gale-
nus enim hoc evitauit, ubi etiam futuræ pro-
pinqua terebra mortem infert, quod pericra-
nei & duræ membranæ vincula soluantur.
Sit vero aliquis non vulneratus, sed percus-
sus in osse supremo, & secundum utranque
tabulam capitis os rimâ à sutura procul adeò
exilem contraxerit, ut sanies ipsa egredi ne-
quat: iam vide ex terebra, quot sequantur
incommoda. Primum quidem dolor vehe-
mens ob adiacentes utriusque membranæ pro-
pagines. Cerebrum etiam concutitur: unde
cottum auribus immittere solent, qui flagitiū
hoc satis scitè exercent. Læditur vero graui-
ter ex superueniente aëre, non solum mem-
brana dura, sed & interior & totum ipsum ce-
rebrum. Hæc autem certa non erranti detri-

menta. At quot ex errore, ut Galenus inquit? 2. de loc. c. 9
nam si vel comprimatur cerebrum, vel con-
cutiatur, attonitus morbus illico aduenit. Sunt
quibus profluuium sanguinis mortem afferat:
aliis phlegmon superueniens, aliis labor ope-
ris accedit febrem, ex qua moriuntur. Cum
& victus tenuissimus ibi sit necessarius, tan-
tus labor minimè conuenit. At, dicent, hoc ne
cessarium est, saltem hoc in casu, quanvis non 7. aphor. 5.
patum periculosum: cum aliter sanies egredi
trac. 4. c. 5.
nequeat. At si per os solidum non est natura
impossibile peccantem humorem expellere,
quantò minus rima iam fatiscente? Optatem
igitur, quando etiam sic sanati plurimum de-
trimenti in vita meta suscipiunt, obnoxij eriā
temporum mutationibus ac grauedinibus, ut
ab hoc opere abstinerent. Sed si non persua-
deo his, quibus nihil turpe videtur prater
paupertatem, saltem physicis hoc notum erit.
Illi enim chirurgis, in alieno sumptu libera-
liores erunt. Porro elapso anno docuimus,
quantum cerati nostri vis posset, cum os in-
separabile octoginta tribus diebus adhæsisset,
chirурgo fideliter rem tractante. Nam nulla
vi ferri coactiebatur, quod octo diebus au-
sum est.

E A D E M ratio nos doceat ab his abstinenere,
qui se incantatione medeti persuadent. Nam
nihil plus habent, quam quod in medicamen-
to continetur. Diximus de hoc in libro de ani-

H iij

n^o 8 D E M E T H O D O
 mi immortalitate. Plures enim frustra pereunt etiam leuisimis ex vulneribus. Sed quid attinet impostores lacessere, qui vulgo iam fermenti noti sunt? adeò tamen præualet insanus percutiæ amor, vt ob inuidiam, lapidis vesicæ excisores mutuis venenis se pertant. Quid putras facturos, si quispiam artem frangendi illos absque ferro inueniat? Tantum potest premium, vt salutis authores non solum, sed & artem ipsam odiisse cogar.

C E R A T I S igitur innitendum, auellenandumque quod iam dimotum est, eradendum quod corruptum. Antiquorum autem sententiis in contradictore libro responsum est.

Quod in renum lapide à precipuis abstinent auxiliis venæ sectione & purgatione.

Cap. LXXV I.

S E P T V A G E S I M V S S E X T V S abusus est,
 6.epidem.1. cùm in renum lapillo, cùm maximè excretiat, purgationem ac venæ sectionem prætermittunt: cùm dicat Hippocr. Iuuenes veratro 1.aphor.6. purgare, venam in poplite incidere. Memini anno quodam, cùm plures calculo vexaretur, quibusunque venæ sectio, deinde purgatio exhibita fuit, his salus etiam reddita est. Eoru, qui his auxiliis cauerunt, nemo nisi difficulter sanatus est ac tardè, cùm aliqui etiam obierint. Nam sectio venæ dolorem minuit, & periculum phlegmonis tollit, ac etiam ardentis

febris, quibus sublatis, raro aut nunquam celeriter æger motitur. At violenta purgatio humores à loco reuelliit, ut non facilè in vrinæ incidat difficultatem. Impellit etiam lapidem deorsum, quasi vecte inferius illum trudente: & si dicant, quod Aucenna non imperat nisi purgationem sine venæ sectione: sed nec Paulus fl. 1. 2. ca. 18 nec Alexander illam cōsulunt, imò neque lib. 3. ca. 45. purgationem. Solus Actius vtrunque auxiliū commemorat, diuisim tamen, vt in reliquis fieri solet. Sed haud obscurum est, Galenum illum non vidisse, cum è cubito, non è poplite sanguinem auferat. Verùm hic locus non est vanas opiniones refellendi: unus tantum Ac. lib. 11. ca. 51 tius rationem quasi ducem secutus est. Igitur in hoc errore excusari, qui aberrat, metentur, cum hic error sit veterum. Sed nos non sinecunque, rationem placitis medicorum cedere, præsertim Hippocrate & Galeno dubibus. Quid igitur agendum sit, breuiter accipe.

Cum signa calculi apparuerint in renibus, nisi ægritudo consueta sit (Nam Paulus Canobius patritius Mediolanensis non aliter eos excernere solet, quam pueri multi suos vermes) si plenitudo adest ex sanguine, sanguis primò ex cubito, inde ex poplite auferatur: si autem humor unus abundat, detrahebundus erit. Cum vero humores æqualiter aungentur, mittatur sanguis è poplite: post at-

H iiiij

tenuantia impellentia mollientiaque exhibeantur. Nam enim plus dimidio curæ peregrisse te existima. Viçtus ex oleribus attenuantibus ac melle; tum in acerbissimis doloribus tutò balnea emplastraque administrabis. Cestat autem nos inuenisse auxilium, quod iam duos. ægros in vna hora liberauit: cùm iam diebus fermè viginti quidam medici gloriosi circa eos frustra laborassent. At ego etiam in illorum altero quanquam debili, haud veritus sum sanguinem detrahere, cogente necessitate. Neque enim tutum foret, absque purgatione aut venæ sectione, tali præsidio vti.

*Quod medicamenta venenum continentia
refugiunt.* Cap. LXXVII.

SÉPTVAGESIMVS SEPTIMVS error
haud absimilis mihi videtur incuria grammatiorum. Nam hi verba omnia barbara & iure merito refugiunt. At ex latinis nec omnia placent, sed quæ ex Cicerone solùm sumuntur. Rursus & in his delectum habent. Nam quæ vetustate obsoleuerunt, negliguntur: atq; sic coarctata adeo est latina locutio, ut vix commodè mentem tuam possis exprimere, cùm præsertim de re aliqua, quæ à foro abhorreat, sermonem sumus habituri. Sic horum studiū, cùm locupletādi linguam esse deberet, in angustum eam redigit. Sed hoc longè minus vitiōsum, cum moram patiatur hæc supersticio:

& error inanitatis illorum, perniciem ætri nō pariat. Sic igitur nobis refugientibus medicamenta quæque, adulterina, vitiata, dubia, incognita, tum ex notissimis exesa, antiqua, corrupta, pauca relinquuntur, quibus commodè uti liceat. Ab his si etiam venenosa omnia prædicta facultate subtraxeris, duo non leuia sequuntur incommoda. Primum, ut morbis multis propriaprädia desint. Secundum, ut fermè ^{remedia} nunquam æque valida sint illa, viribus affectuum. Memini me hoc ^{lib. 3. ca. 27.} dixisse iam de medicamentis purgantibus. At in eis moles, pro virtute, satisfacere potest: cùm in his frustra hoc querere liceat. Et ne omnino in incertis rebus moram trahere videar, exempla quædam proferam. Commemorat Alexander Epithema ex auripigmento robur addens lieni. & quam ad liensem auxilia non desint, haud non facile est inuenire, quod adeò præsentis sit iuamenti: quodque cum hoc illum confirmare possit. Sic in pastillo Marcelli ad dysintericos ^{cap. 21.} quem ut præclarū idem collaudat, cùm quinque venena recipiat, sandaracham, lachrimam nigri papaueris, æris squammam, æs combustum & auripigmentum: & tamen hoc medicamentum etiam immittitur per inferna. Sic in Faustini pastillo etiam præter sandaracham & auripigmentum calx non extincta ingreditur, ad cundemi usum. Sic ad gallicā luem quid compar inuenies succis aconiti præparatis?

Alij, quod nos etiam fecimus s^ep^e, argentum
vium igne elaboratū in catapotiis exhibent,
quod & aliās diximus. Nōnne argēto viuo in-
ter vnguenta aut suffumigia pestis illa abole-
bernia quar-
titratis. c.3.
ii. de simpl.
medic. ca. 2.
monstrata idem docent. Galenus etiam com-
memorat egregia iuuamenta carnis viperæ
ad eundem morbum. Sunt qui ad podagricos
ingentem illarum operam pollicantur: Alij
ad tardanos canos, ac senectutē remorandā:
Alij ad visus aciem encomiis præferant. Cer-
tum est Anacardinam compositionem ex ve-
neno constare, & tamen in frigidis morbis
ub. 13. c. 112. nulla antecedit: cuius etiam meminit Aetius.
Philagrij quoque antidotus ad diurnas fe-
bres ex eodem, constat sulphure & hyoscia-
cap. 110.
cap. 124. mo & in elephantiasī, quam clatum est esse
Auicennæ lepram, vulturis medicamento ad-
dit euforbium: sed id tamen exterius applica-
tur. Ergo & cantharidarum suus usus est, &
bufonibus: quibus omni salutate magis, em-
plastrum conficitur ad synāchem illam à Ga-
leno deploratam, cum musculi interiores la-
ryngis sunt inflammati. Memini me aliquādo

iam incensis funibus liberasse eo emplastro *Varignana*
Riuoltellam lignarium fabrum, cùm vix tem-
pus licet sumere ad conficiendum medica-
mentum. Ferunt etiam illi in Asclite präcla-
ram esse virtutem, quam nondum mihi licuit
explorare.

I G I T V R cùm morbus magnus est, cùm
tentata sunt cōmunia auxilia, nec profunt, ad
venena etiam confugiendū est. Sic tamen, ut
vel emendata, venena esse desinant aut exte-
rius applicentur. Nec credas tantum virium
theriacæ inesse, reliquæ autem nihil.

Quod purgationem venæ sectioni præferunt.

Cap. LXXVIII.

S E P T V A G E S I M V S O C T A V V S abusus
est, cùm purgationem, venæ sectioni præ-
ferunt. Non ignoro me in alio loco rem hāc
quasi attigisse. Verūt multū interest dice-
re, quando venæ sectio sit administranda, &
medicamentum illi compareat. Nunc tibi tan-
quam exemplar medendi referam pro for-
mula. Tum Mediolani, tum Venetiis olim,
sed & id commune existimo ubique, nam nul-
la communior herba est vrtica: nascitur in
Æthiopia & Germania Italiāq; cultis ac aspe-
ris locis, sepulchris etiam ac in humidis palu-
dibus. Exhibit igitur ex indica siliqua globū
admixto ex turbith suo trocisco: inde altera
die venæ sectio administratur: atque sic opti-

abu. 17.

124 DE M E T H O D O
mē ægro, tanquam ex typo consultum existimant. At non aduentunt (nunc etenim cūm alias de febribus tractaremus, de morbis absque febre loquor) hæc verba à Galeno prolatæ. Ad huiusmodi autem morbos veratrvtimur: venam autem secare, cūm multis aut crassus sanguis abundauerit in venis. Quòd si vtroque auxilio homo indigeat, à venæ sectione incipiendum esse, notissimum est.

A t, scio, reclamabunt habere, quem sequatur, Principem: Cūm humor abundant, humores prius æqua: pōst venam incide. Hoc igitur ad contradictionem reuocandum est. Ratio ipsa pro nunc sufficiat in tam perniciose ac execrabilis errore. Sectio venæ debetur multitudini omnium humorum, purgatio superabundanti: vbi vtrunque auxilium est necessarium, ibi vtraque vrget causa. Quare cūm cogimus sanguinem mittere ac purgare, abundant omnes humores: atque inter eos unus super reliquos. Si igitur prius moliamur purgationem, periculum est, ne stante plenitude, febris accendatur, vel humores in locum aliquem decubant, vel obstructio ingens fiat.

A t si prius venæ sectione abundantia omnis tollatur, solùm relinquitur unus humor, qui tunc commodissimè educitur. Alia ratio est, quòd proprium educationis sanguinis est, virtutem attenuare, educationis per medicamentum, calefacere. Igitur sectio venæ non

commode administratur à purgatione, cùm
iam virtus ex inedia debilior redditā est: sed
medicina à venæ sectione. Ergo vbi utroque
præsidio opus est, semper præmittenda venæ
sectio erit. Hinc patet illum, qui nobis quon-
dam proposuit, an stante æquali necessitate
medicamenti & sectionis venæ, præponenda
esset ipsa venæ sectio, nihil interrogasse, cùm
esset definita iam à Galeno.

*Quid instrumenta plurima ad chirurgiam nece-
ssariae ignorant.* Cap. LXXXIX.

SEPTVAGESIMVSNONVS abusus est,
scūm tot instrumenta reliquerūt, olim ex-
cidendo, terebrando, reponendo, restau-
rando, adurendo, extrahendo, confirmandō-
ue necessaria: cùm tamen omnia diligenter
Hippocrates, Galenus, atque Albucasis edo-
ceat. Verūm præcipua duo pro luxatis ac fra-
ctis: alterum, cui nomē est Glossocomon pro
cruribus & utile & necessarium: necessarium
quidem ad rectam repositionem etiam dorsi
vertebrarum: utile autem, vt qui laborant
etiam, mouere se possint, vt Hippocrates in-
quit. Toties eum Galenus descripsit, tantus
illius usus, nos illud penè nescimus. At recte & in com-
sciunt, inquam, maledicere, ambire, præferre meo & 7.
quandam autoritatē. O miseri mortales qui de usu c. 14

mala male tantum sapitis! An vos non pudet
partem illius vestri ingenij, quod nec cūm

*2. defrausta
ristex. 64.
& in com-*

meo & 7.

de usu c. 14

Archimede, si viuat, estis commutaturi, partem prudentiae, quam non cum Aristotele, aut eruditionis in arte, quam non cum Galeno si reuiuiscat, pauculasque horas ex tor, quas maledicendo, quas struendis perditis insidiiis, mortalium tandem comodis qui vos frustra alit, impendere? Galeazius Capra, cuius alias in exemplis geniturarum meminimus, excussa coxae vertebra etiam nunc viueret, si non manibus, sed glossocomo cruris os fuisset restitutum. Nota iam est illius, quam ibi recitamus, historia. Pari ratione alterius meminit Hippocrates instrumenti non adeo fama cogniti, sed tamen singularis vilitatis, ad repandum luxatum brachium. Non est instituti hic nostri omnia, quae desunt, referre: in libris regularum medicinæ etenim à nobis hæc sunt explicata. Satis pro nunc sit admonuisse, Albucalim non male in hac materia post Hippocratem & Galenum multa scripsisse. Verum huius erroris, Auicenam hac in parte negligentissimum, authorem habent.

Quod in febribus pestilentibus rictus tenuitatem perperam imperant. Cap. LXXX.

OC T V A G E S I M V s error est, cùm in pestilentibus febribus perniciose, quasi fibrarem ex pituita curaturi, exquisitam inediam imperant: illud non animaduertentes, quod

Princeps dicebat. Nam plurimi eorum qui vi- *principes
riliter agunt, & comedunt violenter, evadunt
ac vivunt. Rasis etiam idem affirmat ex Gale-
ni authoritate in epidemiis, quæ authoritas
habetur his verbis. Fortissimi ergo, qui vim* *358. cod. I.
sibi ipsi adferentes, cibum oblatum assum-
pserunt, omnes ferè superstites evaserunt.* *3. super ter-
Quare omnium consensu vietus tenuis in his
non solum non iuvat, verum vehementer
etiam nocet. Et causa huius est, quod cum ma-
teria concoctioni apta non sit, necesse est ut
vel homo moriatur, vel ut cruda expellatur.*
Sed ad hoc requiruntur vires validæ, & pro-
pter hoc cibus iuvat plurimum in hoc febriū,
genere, & non in aliis: & sic patet etiam ratio,
cur non sit mittendus sanguis in hoc morbo,
& hoc iam diximus alias, & quod esset de mé-
te Galeni. Medici vero nostri temporis quo-
dam fato omnes occidunt, partim sectione
venæ, & partim vietus tenuitate. Itaque con-
sulo,

*Q*vòd laborante febre pestilentiali san-
guis nullo modo mittatur, nec vietus tenuis
administretur; sed dentur cibi, qui resistant pu-
tredini, iucundi gustu, & odore grati. Licet ta-
men sanguinem minuere ratione materiæ
præparata non corrupte, cum laboras à mul-
titudine suffocatur. Nam in hoc casu virtus
nullo modo debilior redditur.

*liber ardorem invenit in inferno
oblivio*

Quod in doloribus partis, quæ ad ventrem attinet, enemata intempestiæ exhibent.

Cap. LXXXI.

OC T V A G E S I M V S P R I M V S abusus est in renum & intestinorum doloribus, vbi nulla data mora, sauiete dolore, frequentibus enematis lacescant agrum nondum concocto cibo: maiorque est longe iactura cruditatis, quam utilitas ex alleuatione doloris. Peccatur autem tripliciter: in tempore, cum fit a cibo: in additione attrahentium, cum fit cum medicamentis expurgantibus diaphinicon, ut dicunt, & ieralogodion: in apposizione calidorum, cum additur, ut moris fuit Venetiis Paduæque, electuarium de baccis lauri.

HI C mos ab astantium sollicitudine primâ duxit originem. Namque illi videntes iuuati agros ab eruditis medicis enematis opportune adhibitis, ipsi intempestiæ ea admovent. Inde medici imperiti aut perfidi, ne quicquam prætermisssile videantur, tautum admittunt errorum: ex quo periclitatur persepe ager: aliis autem qui seruantur, morbus necessariò longus evadit, aut reuersione habet, si celeriter finiatur. At facilius illi pecuniam odio habebunt, quam mihi in hac causa sint obtemperatur. Nimis enim infamiam timent. Namque & in hoc, & in electuario illo, & in fomentis calidis primo ager iuuari videtur: sed postmodum grauior morbus reddit.

Vnde

Vnde Actius, In cholica, quæ sit ab humorib⁹ lib.9.ca.30
crassis, fomenta quidem calida ab initio iuuare
videtur: sed post, morbus grauior reuertitur.
Vnde subiungit de his, quæ assumuntur,
loquens. Intentio igitur in his est, concoquer
e ac diuidere humorem sine caliditate exce
dente. Itaque discussio & digerentia medi
camenta ab initio exhibita morbum reddunt
incurabilem. Accedit, quod spem omnem in
expurgantibus per inferna ponunt, cum ta
men persæpe vomitus sit magis necessarius,
ut dicebat Actius. Quod vero ad expurgati lib.9.ca.29
tia attinet medicamenta, vbi humor crassus in principio
sit ac latus, plus attrahet ad locum ex iecore
& vicinis regionibus, quam educere possit,
etiam quod per inferius immittatur. Alij vero,
ne cogat repetere, enemata super enemata
infundunt: ea vero saepius intrò refrigeratur,
& dolorem adeo vehementer concitant, ut
etiam occidant: alij medicamentum exhibit
nondum alio emollita: vnde quidam medi
cus, quem ego noui, duos hac de causa ægros
prima die morbi peremit. Contigit autem mihi,
cum tunc iuuenis essem (agitur enim annus
ab hinc vigesimus) ut vocatus sine pulsu vnu
ex his inuenierim, mortemq; prædixerim, quæ
infra duas horas subsecuta est. Prætor tamen
timens ne peste ille mortuus esset, medico illi
ac mihi interdixit, ne cum oppidanis versare
mur, me offrente conditione sectionis mor

H. C A R D

I

tui, ex qua ostensuram pollicebat imam partem ille intellecti disrupta fuisse. Verum cum non annuisser, celeriter tamen me liberauit.

E s t igitur obseruandum, ut ab initio eva-
cuantia fortia omnia, item calida deutes etiam
exterius apposita. Enematum etiam imposi-
tionem non nisi quinta exacta hora à cibo le-
ui, vel septima à diuturna fecum retentio-
ne. Enematibus autem non descendantibus,
glandula supponatur ne venter impleatur.
Motus in hoc plurimum iuvat. In crudis au-
tem humoribus coctionem ut expurges, ex-
pectabis.

*Quod in cholica oleis exterius ac pinguedine
ne vtuntur.* Cap. LXXXI.

OERVATIONES IMVS SECUNDVS abusus
oleum in cholica olea exterius tamē emollientia ac pinguedines affatim exhibent,
existimantes se non parū prodesse, cum no-
ceant. Nam virtus intestinorum maximē con-
stat in expellendo imo vetera curā morborum
causam habentium est, ut causa tollatur, inte-
stinorum autem compositio est ex villis qui
sunt secundum latitudinem, ferme tota. Nam
in coli iactio & fine ac recto apparent longi.
Opus enim intestinorum proprium est, secū-
dum virtutem animz sentientis, expellere ut
iuxta pris. vult Galenus; sed expulsio iuvatur a fisco Ga-

*3. facult.
natur.c.8.
iuxta pris.*

leno teste, & ratio ad hoc clara est. Laxatae e-
niam tunicae ab oleo exterius imposito, quo-
nam pacto vehementer extrudere feces du-
riores poterunt? Et si dicant, quod virtus con-
tinentia debilis redditur ab humido, Galeno co-
dem loco teste, dico quod humor laxans, vtrā-
que virtutem debilitat. Sed cum in fecibus
duris, aut tenacibus humoribus expellendis
validissimo instrumento indigemus, non pos-
sunt relaxantia in hoc conferre. Et si dicas,
quod molliunt feces, dico quod non prius
quam substantiam intestinorum. Necesse est
enim, ut primò trahant per membranam car-
nosam, & cutim, & pinguedinem & muscu-
los & peritoneū, & vtrāque tunicam intesti-
norum. Quare eadem ratione nocent laxan-
do peritoneum & musculos ventris, & non
solum intestinorum tunicas. Ergo detrimen-
tum hoc aut magnum erit, aut leue, sed om-
nino sine iuuamento. Et si dicant, quod calidi
est attrahere & expellere: dico quod est verū
de calore naturali: præternaturalis autem non
expellir, sed attrahit tantum. Quare olea &
pinguedines trahent materiam ad locum, &
cum hoc nihil expellent. Et si dicas, quare æ-
gri ergo dolore leuantur? Respondeo, quia
membra ab humido distenduntur & fiunt ma-
gis ampla, & sic non torquentur. Sed cum hec
extensio postmodum finem habeat, homo
postmodum leditur absque iuuamento. Iu-

- I ij

132 DE M E T H O D O

uantur etiam alij ob auxilia iuncta opportuna,
vt enemata & medicinæ, & aliquando si sit hu-
mor crudus, à concoquentibus.

I GIT V R in hoc casu conuenit utrī solum
ac emplastris cum vino exiccantibus non
actu quidem, ne feces exiccentur, sed virtu-
primaprimi
dor. 6. ca. 3. te: & hoc est quod dixit Princeps. Et ad ultimū
nullo modo indiget expulsiua quiete:
sed motu & condensatione modica, quæ ad
exprimendum & ad expellendum tali adju-
uet mensura, quod instrumentum retineat si-
guram aptam cōstrictioni atque expressioni.
Quod exhibent album cibum ægris, deinde obserna-
res nullius momenti. Cap. LXXXII. I.

OCTVAGESIM V STERTIVS error
est, cùm album cibum dant ægris. Inue-
xit hanc consuetudinem medicus exterus Pi-
centinus Campanus, ut satis intelligas dolo-
non errore nostros peccare medicos. Nam
cùm nihil in hoc utilitatis esse viderent, rem
tamen tanquam lucrosam illico amplexati
sunt. Constat is cibus farina orizi, sacharo, iu-
re pulli, succo limunnij, pulpa pulli. Sunt qui
diligentius attendentes, farinam amidi loco
orizi supponant: cùmque multis aliis etiam
modis euariant, paululum ab hac tamen nor-
ma deflectunt. At primū, quām prauus sic
hic cibus, imò etiam pessimus, nemo, qui
non omnino sit mente cæcus, non videt. Nā

cum cibariis prauis vnum ex tribus malis necessariò adsit, in hoc solo omnia certè insunt. Sunt autem tria mala ex his, ex componentibus, ex compositione, & ex modo compo- nendi. Primum igitur aggrediamur. Carnes abusu. 4. nemo ignorat, quātum plerūque obsint, tum maximè in febribus. Docuimus & quòd mul- tis modis sacharum noceat. De orizo dicebat abusu. 33. Dioscorides, quòd aluum supprimit. Galenus lib. 2. c. 86. autem addidit, quòd ægrius concoquitur, 2. de alimē- quām alica. Dixerat autem iam de alica, quòd tis cap. 17. esset validi nutrimenti: quódque nisi diutius coqueretur, & in multa aqua, ob concoctio- nis difficultatem & alimentum tenax impo- neret ægris. Sed quando hæc ita sunt, in pla- ca. 6. ne absoluta coctione, nónne, si viueret pror- fessus Galenus, exclamaret? O medici, qui me se- ëtari dicitis, nolite tanquam infamiam milii conciliare, vt etiam iuguletis ægros his cibis penè crudis: quæ ego vix percocta sanis essem concessurus. Nónne cruditates, nónne ob- structiones, nónne inflammations etiam ex hoc vestro neccato cibo protinus consu- gent? Quid agitis? Nónne vera dicent qui se Auicennam sequi profitentur seniculi isti, ac nullius scientiæ viri? multò tamen plures æ- gros sanari ab his, quām à vobis, qui me solo nomine sequi iactatis. Sed ad limunij succum accedamus. Nulli dubium esse debet, calidi- tatem carnis illum obtundere, tamen etiam

I iiij

prohibere putredinem: sed si quantum ventriculo obfir, quis expendat, non facilè vnquam eius succum loco cibi sit concessurus. Etenim Galenus citrij succum non cibis aptum, sed carnem tatum aut corticem, declarat in libro de alimentis: cum tamen haud tam grauis sit hic succus, ut limunij: & Auenzoar dixit, quod acetum est adeo difficile ventriculo, quod nisi esset usus, natura non ferret ipsum: & ideo dixit, quod uterus non tolerat ullo modo illius usum. Et ideo etiam dicebat Galenus, Quae exasperant, sunt acida, acrida & astringentia: sed in astringentibus est utilitas non leuis ad confirmandum membrum: acida nervosam parti sunt inimicissima. Et Princeps etiam, Quae ventriculo maximè sunt inimica, acida sunt. Sed ad compositionem deueniamus. Certum est, quod cibi simplices facilis concoquuntur: & ideo Princeps numerat compositionem ex multis, inter causas difficultis concoctionis: & maximè in primo. Quod & sumpli ex Gale. manifeste, ubi dixit, & qui scripserunt de cibis illorum varietatem damnauerunt: tum verò magis, cum ex contrariis facultatibus constant. At verò & hic tertia hæc causa non debet. Nam calida hic frigidissimis, durissima mediocribus immiscentur. Nam amyrum si loco etiam orizi ponatur, cum facilè concoquatur, iuxta Galeni sententiam, non conueniet cum carnis. Miscere etiam dulcia post-

2. cap. 37.

1. reg. act. 13.

13. tertij tra. Ela. 1. ca. 7.

13. tertij tra. Ela. 3. ca. 2.

fen. 3. doc. 2. ca. 7. iuxta fluen.

1. re. act. 18. iuxta med.

1. de alimēt. 8. cap. 8.

modum his, quæ difficillimè concoquuntur, adeo prauum est ut nihil possit esse deterius: quandoquidem dulcia celestrem trahuntur à iecore, & cum his durissima quæq; ac cruda. Ob id tandem cogimus dicere hunc abusum omnem etiam in sanoru vietu euertere rationem, in ægris vero perniciem præsentaneam afferre, si graviter langueant: in leuisimis etiā morbis reuersiones & longitudinem accersit. Quod si quis incredulus ad hæc sit, quāquam valido ventriculo & sanus experiatur hunc cibi usum, videbit nec octo diebus posse citra manifestum ferre incommodum. Et mallem illos pro ægrorum salute attocream concede-re communem, quæ constat herbis, ouis, bu-tyro, caseo & pipere. Nam hæc longe minus mala est, tum magis, quod soler exquisitè in furno concoqui. Sed quia hic est sanorum cibus, illum reformidant. Satis enim ducunt, ut ægræ cibus conueniens esse existimetur, si sanis sit inconsuetus. O admirabilem illorum sapientiæ! Cur non dant etiam ægris carnes canum & equorum, quia nec ex his solent, qui rectè valent, quicquam elicere. At, dicent, non par est exemplum, cum nemo edat hæc vel cruda vel cocta seorsum, vel etiam mixta. At vero orizum, caro, amyrum, sacharum, ius, succus limunij singula ex his inter cibos habetur, suntque in perpetuo vsu. Hæc ratio nulla est, cum succus limunij cibus non sit villo mo-

I iiij

136 DE M E T H O D O
do, nec orizum nisi admodum coctum. At ve-
rò si coquantur validius, hic cibus omnem,
quod prorsus ab instituto suo abhorret, gra-
tiam amittet. Hi igitur sunt tam solertes in ar-
te, qui maxima hæc admittunt in minimis adeo
fagaces. Nam in vrinis arenulas damnat, cùm
tamen in omnibus fermè sanis illas lōgo ego
vſu obſeruauerim nihil mali prorsus porten-
dentes. Sunt enim in sanis excentrum, in æ-
gris caloris lectuli notæ. Similiter & quam
vocant pituitam, in alii deiectionibus fruſtrà
obſeruant aberrantes tota via. Existimat enim
illum esse humorem in venis cōtentum : cùm
digni sint risu, vt quos forsitan videas bis vel
ter ligno lentum illud gluten trahentes, admi-
rantes, & laudantes etiam medicamenti vim.
O egregios viros, qui nesciant nullo medica-
mēto primū talēm materiam ex venis poſ-
ſe educi etiam validissimo : cùm tenax necel-
ſariò prius diuidi debeat: nec etiam noquerint
illum non propriè esse humorē, sed mucum
vel à cerebro destillantem in vētriculum, vel
viscidum quiddam intestinis salutis gratia hę-
rens. Hæc est illa nobilis nostrorum medico-
rum, qui in angulis cū insciis tot deblatterant,
sapientia. Vbi cùm videas in maximis aberra-
re, minima quæque tā supina ignorantia post-
modum obſeruare, iurē dicas, plus longè ab
his offendit quām vtilitatis prodire. Porro
vnum illud non est obiter prætereundum, ni-

hil ad podagram prouocandam aut attritum
magis facere albi huius clarissimi cibi vſu.
Quamobrem non ægros, sed ipsos medicos
adeo ignauos sumere oporteret generosum
hoc suum ferculum: hoc est, quod faciendum
in hac causa consulō.

*Quod rhabararum in cholica, in asclite, in poda-
gra & sciss temperaturis nocet.*

Cap. LXXXIIII.

OCTVAGESIMVSQVARTVS abu-
sus est, cum rhabararum exhibit in
omnibus fermè morbis. Nec nunc at-
tingo, quod aliàs dixi, illos perperam non nisi
medicamentis innoxiiis vti: nam alia nunc est
ratio. Hoc enim volumus docere, præcipuum
ex illis non solùm inefficax esse plerūque, sed
etiam validè nocere: vt ex hoc ad cætera eius
dem innocètiae transire possis, velut & in an-
tecedente abusu, ex albo cibo ad reliquos abs-
que ratione compositos cibos reiiciendos
transire te velim. Quæ enim his capitibus tra-
duntur, sunt pro exemplo tantum, vt ex his in
alia deflectere liceat: vt ex melonibus in cu-
cumeres, & quas vocant anguries, in fragra; abuso 51.
ex aloes vſu damnato, senæ vſum, ac catapo-
tionum omnium. Sic non leuis ex hoc libello
vtilitas haberi poterit. Nimis enim simpli-
cem rationem me iniisse credas, si damnandi
tantum ca, que hîc scribuntur, calamum sum-

138 D E M E T H O D O

pluisse me in manibus persuad eas. Sed ad rem
venio : Rhabarbarum in hydrope, asclite, tym
panite non conuenit: quia omne medicamen-
tum expurgans , & non materiam facientem
morbum, commouet materias ad ventrem, &
facit illum tumescere, & virtutem proster nit.

cap. proprio. Mesuem, solùm purgat bilem & pituitam, &
similiter Auerroes non tribuit hoc illi: & etiā,
quia thabarbarum purgat bilem magis quàm
pituitam, & sic refrigerat iecur. Sed hæc ratio
est nulla, quia solùm expurgat bilem, quæ est
iam separata & inutilis : sed illa non addit in
calore naturali rem , de qua sit curandum. &
ante posita propositio est nota ratione & ex-
perimento. Authoritate etiam Aerij hoc clara-
rum est, qui libro decimo , cùm hanc curam
describeret, nullum omnino exhibet medi-
camentum, quod aquam non purget. Idem
quoque sentit Alexander & Paulus, tum ma-
gis quod lathyrim dāt & euphorbiū & squā-
mam æris, quæ omnino non conuenirent,
cùm sint venenosa & plena periculi, si rhabar-
barum aut alia similis medicina prodesse pos-
set. Eadem etiam est sententia Principis in ea
cura. Nullo enim medicamento vtitur, quod
aquam non educat. Similiter & Anæzoat hoc
docuit: neque enim vtitur cōsimilibus. Quare
manifestum est, quod non expedit dare hoc
in morbo. Et si dicas, quod Auerroes laudat

*S. collectane.
cap. 4.*

cap. 21. 25.

cap. 26.

lib. 3. ca. 31.

lib. 3. ca. 47

lib. I. tra. 13

cap. I.

eum, quia confortat iecur, & ita possumus dare hac de causa: respondeo quod cum non possit absoluiri ab expurgante virtute, cur debeamus dare medicamentum noxiuū? cum liceat exhibere diacircumam, dialacam & talia, quae nullo modo nocent & iuvant tamen. Si dicas, quod Melue dicit conferre hydropisi: dico quod ostendit modum confirmando iecur, & aperiendo obstrunctiones. Quare confert hydropisi subtercuti seu analarcæ: & similiter conuenit in preparatis ad asclitem & tympanitem, antequam inuaserit eos morbus. Sed neque in cholica propter duas causas, primò, quia habet virtutem astringentem: secundò, quia educit subtile, & relinquit quod est crassum. Circa quod notanda est regula, quod omne medicamentum educens duos humores tantum, educit ex uno eorum, quod est simile alteri: velut rhabararum educit bilem flauam & pituitam, educet de pituita partem subtiliorē tantum: & polipodium educit atram bilēm & pituitam, & ideo educet crassam pituitam. Aduerte tamen regulam Galeni, quod si educit crassam, prius educet etiam subtilem. Tertia causa est, quia trahit materias ad intestina, & ideo dicebat Princeps, Et caue ne trahas materias malas ad intestina, & sequatur excoriatio, & sic patiatur postmodum utrunque, cholicā scilicet & excoriationem. Posset etiā addi, quod calefacit & ita exiccat pituitā

16. tertij trā
cta. 4. ca. 1.

140 DE M E T H O D O
in ipsis intestinis existentem. Propterea vide-
mus, quod Galenus dat hieram ad detergen-
dum, & colloquintidam ac talia. Si dicas, quod
aufert functionem in intestinis, respondeo
quod intelligitur & est verum de illa, quae ori-
tur ex flaua bile quamquam nec hoc omnino sit
tutum. Sed in podagra & chiragra est illius no-
cumentum manifestum: eo quod aperit vias,
& sua subtilitate ac caliditate cum siccitate iu-
cta humores facit penetrare: & hoc iam est de-
claratum superius. Et si dicas, quod habet vir-
tutem astringentem, respondeo, quod verum
est, sed non merito iuncturarum, quia est res
omnino leuis, & etiam quia virtus eius, non
perducitur ad iuncturas: & ideo est omnino
inutile respectu earum. Quod vero noceat
temperaturis siccis, patet, cum sit calidum &
siccum in secundo. Ideo etiam noxium est fe-
bribrentibus, tum maxime ubi est suspicio he-
ticarum: & propter vim astringentem adducit
tabem, tum quia est tarda operationis in edu-
cendo. Omne enim medicamentum calidum
& siccum vim habens astringentem consu-
mit corpus nimis.

C O N S I L I V M est igitur, ut non exhibe-
atur ullo modo, ubi est suspicio transitus ad he-
ticam, non podagrosis, non in hydrope, ascli-
te vel tympanite: non in cholica nisi facta ex
bile pura.

Mesue ca.
proprio.

Quād ægris & sanis consulunt, ut super plu-
mam dormiant. Cap. LXXXV.

OCTAVESIMVS QUINTVS abusus
est, cum consulunt ut sani ac ægri super
plumam dormiant. Olim in lectulis ex fron-
tibus, quos stibades, aut phyllada etiam voca-
bant, dormiebant, ut Atheneus &c in Philo-
ctete author est Sophocles. Galenus lectulo-
rum & si meminerit, non videtur eius com-
positionem declarasse. Martialis tamen hoc
docuisse videtur cum dixit,

Lassus Amyclea poteris requiescere pluma.

Et Iuuenalis:

Pensilibus plumis.

Sed tamen cum spina dorsi, tum renes ac ar-
teria magna & vena eodem loco iaceant in
dorso, lapis gignitur frequens, accediturque
corpus, & humores ebulliunt: assuetis verò
sic, nullum est in senectute imbecillitati præ-
sidium. His verò qui febre laborant, maior
caloris æstus superadditur, & ideo pluma nō
patùm nocet.

CONSULO igitur, ut qui calido sunt tem-
peramento, & qui lithias laborant, & qui im-
becilli ceruice, & qui febre detinentur, dum
sunt iuuenes, à pluma semper abstineant: dum
vero senescunt, modicè utrantur, febientes
nunquam. In hoc tamen debent excusati me-
dicis, quia antiqui de hoc patùm locuti sunt,
cum tamē res esset necessaria; & forsan, quod

in sanis non præparatis ad lapidem, longa cō-
suetudo vincit vtilitatem strati salubrioris.

3. ad Al-
mäjore 24. Est autem calidissimum omnium pluma tum
anserina subtilis præsertim, post lana, inde cot-
tum, post sericum, inde linum cum palea. Ego
autem serico in lino contento vtor: cum ta-
men ille damnet in vestimentis hæc, quæ ca-
lefaciunt, videtur & idem iudicium de plu-
ma facere.

Quod sal & acetaria ab ægris remouent.

Cap. LXXXVI.

C T V A G E S I M V S S E X T . V s abusus est
aphor. 38 **O**n sale & acetariis, quæ ab ægrorum ma-
xime febrentium cibis amouent, co-
guntque insipidos illos cibos sumere siccita-
tem & caliditatem satis damnantes: adeo sem-
per, dum in rebus nullius momenti student,
aberrant. Nam clatum est, quod parùm dete-
rior cibus aut potus melioribus quidem, sed
minus suauibus est præferendus. Hoc vel solo,
si sal non arbitrantur venenum, laborantibus
tamen maximè cibi tædio affectis illud in gi-
bis addere debent. At forsitan dices, quod vi-
etus humidus febricitantibus omnibus con-
fert: & si intelligatur de tali virtute, non sub-
stantia, ut multi volunt, non tamen mica sa-
lis siccum cibum efficere poterit. Nō tamen
vtaris plurimo, ne te dicas lesum cōsilio meo,
iudicio etiam ægri. Sed minus adhibe, quam

sanitatis tempore.. Nam calida & siccata tem-
peries præter na turam cibum amat frigidum
& humidum. Salis etiam natura resistit pütre-
dini. Declarant autem Galenus & Rasis tria ^{3. de aliñes.}
illius iuñamenta , crassa colliquare attenuaré. ^{4. 3. ad}
que, cibi tædium auferre , & appetendi exci-
tare vim, tum putredini resistere. Mouent &
alium salsa, vt Galenus secun do de alimentis
docet. Acetaria vero adhuc vtiliora videntur
sale. Acetum enim appetendi vim excitat, pu-
tredini resistit, diuidit tenaces humores, ob-
structiones ap erit. Iam vero declarauimus,
quod antiqui dabant cum cibo concoquen-
tia seu, vt verius dicam, præparantia. Galenus ^{1. ad Glass.}
vero dabant lactucas non solùm, sed attrplex,
maluam, blitum, lapatium ; cum vero daret
oximel, aceti non meminir. Sed & in quar-
tanæ cura salsa dabant & sinapium. Nunc vero
nihil audent, & tamen nimis plerunque. Olei
tamen modicum acetariis addes, quia in febri-
bus leuiter accenditur. Ergo & sal cibis ad-
dendum, & his acetariis vtendum. Habent
olea, vt parum nutriant, vt plerunque humi-
da frigida sint, & appetendi vim excitent.

Quod vinum in exhibitione ligni indi coquunt.

Cap. LXXXVII.

OC T Y A G E S I M V S S E P T I M V S F F O R
eff, cum in cura morbi gallici lignu cum
vino coquunt. Hic error ad aliam perti-

net à nobis scriptam tractationem. Sed tamē quia & multa alia vino incoqui per errorem possent, non ignorandum est, quam qualitatem vinum feruendo acquirat.

C v m igitur vinum leuem habet substantiam, ab igne corruptitur & acescit, vt Galenus author est. Cūm verò potens, si coctum non sit, igne perficitur: vt mustum, ex quo defrutum, & sapo ac vina, quæ non acescunt, ut apud Columellam. Quæcunque autem vina iam sunt perfecta, proprium amittunt calorem accidente igne. Acescunt igitur vīna & sicciora fiunt, vt etiam posterius declarabat Galenus. Quare vīna, quæ coquuntur, infirmiora frigidioraque & sicciora euadunt. Contrahere verò illa calorē ascititum, etiam ostendit argentum viuum, quod igne elaboratur. Quam obrem corrupti vinum hac de causa necessarium est. Corruptitur etiam alia sibi & oleo communi tantum: nam quod diximus, etiam melli conuenit: quoniam quod facilimè exuritur, in igneam trahit qualitatem, cūm iuxta ignem apponitur. Non enim aliter inflammari posset proprius admoto igne, nisi sensim ad ignis naturam, cūm prope fuerit, accederet. Ac vinum ardere cuius potest esse conspicuum. Quare vinum, cūm coquitur, corruptitur: atque sic ictur ipsum exurit.

C O N S U L T I V S igitur fuerit, aquæ hæc incoquere, partem vino infundere atque miscere,

scere, non solum in his, verum etiam aliis.
Quod si cogamur, ut in oleo, aqua partem
adiiciemus.

*Quod expurgantia medicamenta ex diuerso-
rum purgantium natura conficiunt.*

Cap. LXXXVIII.

OCTAVESIMVS OCTAVVS abu-
sus est, cum incerti quid agant, omnia si-
mul miscet composita simpliciaque di-
uersarum facultatum: diaphiniconem seu co-
positum medicamentum ex palmæ fructibus:
diaçatholiconem, filiquam indam, syrupū ro-
satum laxans, rhabarbarum, agaricum, taliaque
sine sensu, sine ratione. Nec mihi secus facere
videntur, quam Iudæus quidam apud Philip-
pum vicecomitem morem trahens. Labora-
bat aulicus vlcere cruris malo: hunc medici,
ut sape accidit, sanare non solum nequibant,
sed in deterius agebant periculum. Tunc Iu-
dæus principi inquit, Si illum mihi tradideris,
ô Dux, spero firmiter me eum curaturū. Sub-
risit ille, tum demum, si cum suspicias curan-
dum, cum nihil ex arte medica scias, quid tan-
dem acturus es, inquit? At Iudæus, emplastrū
ex fœno illi superimponam: quod fieri vix pos-
sit, ut cum ex tot herbis fœnum constet, ne il-
la sit præsens, quæ morbum hunc curare per-
fectè possit. O quot Iudæi illius exemplum
imitantur! etiam in grauioribus morbis: ha-
bentque hoc pro Galenī librorum studio. Sed

H. C A R D.

K

num aduertunt primò, quòd in multis medicamentis multa sunt incommoda: commodū verò vix vnū est. Deinde, quòd Galenus ipse, quem in ore tantum habent, hoc nusquam agit, vt multa medicamenta misceat, nisi temporis beneficio iunctain vnum coalescant, ut in catapotiis plerisque & hiera ac talibus. Est etiam præceptum commune, ne medicamenta purgantia non longa compositione edomitia misceamus. Nam vnum celeriter soluet, & aliud tardè. Nec video causam fermentandi hieras ac catapotia, si misceri possunt medicamenta diuersorum generum. Ne hoc facit quin, ut inquit Meluc, non incoquamus scamonem syrupo, gratia exempli, rosato: quia virtus illa non habet subiectum distinctum à syrupo: & ideo non sicut operationes diuersæ, sed sola vis syrapi augetur. Nec aliud puto voluisse Galenū, cum dixit se scripturū in libro de compositione purgatiū medicamentorū causam, cur desierit uti catapotiis Quinti.

Q uare dico, quòd ubi opus fuerit, debemus expurgare quæ noxia sunt, vel uno tantum medicamento simplici emendato, vel catapotis aur hieris fermentatis, vel medicamentis, quæ virtutem quasi similem habent.

Quod raro & officitanter administrationem exercent anatomicam. Cap. LXXXIX.

Octvagesimus nonus abusus praeus & noxius originem præbens multis

aliis, est, cùm vix semel vident hominis visceres: nec etiam curant animalium aliorum videre. Sed in hoc sententiam meam dicam audacter. Non mihi videtur belluarum anatomia multùm utilis, immò nec parum forsitan. Adeo euariant membra hominis etiam ab illius simillima simia. Solùm videntur mihi hæ dissectiones in tribus viles. Primo in videntio operationem: ut si velimus videre quomodo musculus à latere, erigēdo se brachium extendat. Secundo pro viuentium experientia: secare enim hominem vt illius interiora membra inspicias, inhumanum protsus est, & anthropophago dignum opus. Tertio, pro his, qui nunquam viderunt, introducendis. Nam confusa doctrina sensitiva paratum facit ac docilem ad exquisitam capessendam. Cæterum si diligenter tractanda res est, plurimùm membra hominis à reliquis animalibus discrepant, situ, forma, substantia, numero, magnitudine. Ut autem in quibus euariat, breviter colligam, magis necessaria hic subnecere libet. Nec te moueat Galeni authoritas: naturæ & oculis credendum est, non Galeno: atque ob id Galenus non tam iustè à Vessalio damnatur, quām negligentiam vestram reprehendo, ô medici. Hæc igitur sic se habent, quæ vel à Galeno sunt prætermissa, vel in quibus homo à reliquis differt animalibus. In iuncturis omnibus cartilaginem quandam habet, cui

K ij

ligamenta inhærent, aliam longè ab ea, quæ oīsi obducitur. In vtero cornua nulla sunt verè, sed quædam prominentiæ tantum à lateribus extuberantes, quæ vasa excipiunt seminaria: cum tamen hæc in bobus seu vaccis appareat. Nullus etiam est lobus in pulmone, qui cauæ subiaceat, cùm quatuor tantum habeat: in canibus tamen adest. Nec vñlum monoculum effatu dignum, sed vestigium tātūm, exile breueque, ac inane: cùm in suibus magnum sit ac plerunque plenum. In uolucrum etiam cordis dextro latere & mucrone ipso septo transuerso adnascitur: cùm in canibus non parum alterum ab altero distet. Iecur etiam canibus & suibus diuisum in lobos: homini nequaquam, sed tantum in ambitu paululūm excauatur. In vertebris septem habet processus, cùm simia nouem: caret enim homo his, qui deorsum inflectuntur duobus postremis, cùm duos tātūm tales habeat, simia quatuor. Ventriculus etiam sinistra elatiōr est, quam dextra, cùm illis septū attingat dextra iecur: & magis sinistra posterius ex porrigitur, ac cavitatem ibi habet. Vnde debilibus ibi cōcūtitur, dum obequitant. At de pyloro, quòd in suprema illius parte sit, quòdque glādes duas carneas habeat, iam diximus aliàs. In omētum quoque venæ deductæ omnes ex porta, ex caua nulla defertur: cùm tamen oppositum Galenus censuerit: atque ideo nec ex sanguine

cauæ ventriculi fundus nutritur, cùm nullum ex ea truncum is suscipiat. Sed nec ventriculus seu gula seu stomachus septum transversum cum arteria magna uno & eodem loco terebrat: sed quæ perforat stomachus illud, pars abscedit ad anteriora, non obscuro inter-
vallo. Sub cutis vero pinguedine super vêtris octo musculos, membrana carneâ coexten-
ditur: quæ non ex muscularum contextur fi-
bris, cùm cōmuni sit vniuerso corpore. Hâc Mirach Arabes vocant, quandoque ea voce
omnia quæ illi superimponuntur cum musculis intelligentes. Nexus verum illum mirabil-
lem in cerebro boum inuentum, neutquam est in homine cōspicere, rem adeo famosam.
Aberrat etiam Galenus in motu capitis ad la-
tera super vertebram atlaticam: cùm vel mo-
mento ab illa nequeat abscedere. Sed neque
bene sentit, cùm per olfactus instrumenta, pi-
tuitam excerni putat. Nam & si vtrunque à
cornibus ventriculorum inferioribus origine
ducatur, loco tamen abunde differunt. Neque
etiam anteriores à postremis distinguuntur
ac mediis, sed vtrinque unus ab anteriore par-
te ad posteriorem extenditur. Quot vero in
neruis differentiae? quot in muscularis? quot in
ossibus? longum nimis sit, præcipue quæ ad
interna membra pertinent, si cuncta dicere vo-
luero. Sed non est hoc præsentis instituti: in
sesto enim libro contradicentium medicorū

K iij

hæc docuimus, atque alia omnia quæ ad dissectionem pertinent.

N V N C verò satis sit monuisse, debere medicos singulis annis corpora hominum dissecare, qui ex morbo in xenobiis mortem operunt. Nec in illis cùm difficulter hoc fiat, absolutam totius querere dissectionem, sed membris propriè, quod morbo affectum creditur, in lateralī morbo pectoris: in colo dolore intestinorum: in phthoe tabéque pulmonum: duo enim potius sunt quām vñus. Nam & hoc addendum in narratione ipsa fuerat, in febribus cordis ac iecoris, in attonito morbo cerebrum cum corde, in asclite renes, omentum, iecur, peritoneon. Nanque alia sunt ut principia, alia autem ex morbo oblaeduntur: In arcuato fel & sima seu caua iecoris: in mala concoctione ventriculus: at in doloribus satis manifesta est ratio, dicente Hippocrate, quod ubi dolor, ibi est morbus.

Quæd laserpitū succum ignorant: præcipuis verdarent auxiliis. Cap. XC.

NON AGESIMVS abusus est, cùm laserpitum ignorant succumque eius: hic ab aliis succus Cyrenaicus vocatur. Iam verò sape dixi me vnius tantum pro exemplo solere mentionem facere: cùm alia innuinera simili lapſu reprehendere velim. Igitur opos cyrenaicus, qui & laser, à Dioscoride his notis de-

scribitur. Odorem myrræ habet, color quasi
subrufus, optimusque qui translucidus. Nota
verò plantæ est, quod caulis ferulæ, folia apij,
semen latum. Theophrastus verò assertit fo- lib. 6. ca. 18.
lum suave, fructum verò illius & mollem & de causis pli-
acrem, semen autem ut attriplicis foliatum la- ta. & lib. 7.
tumque. Radix eius ad magnitudinem cubiti de his. c. 2.
ascendit, exuberatque supra parte : tota- & li. 1. c. 11.
que vis huius in radice fermè est. Manditur & lib. 6. c. 3.
autem recens recisa radix ex aceto : color au- & 6. de cau-
tem folij aureus est: succus acris, excipitur au- sis 617. ca. 3.
tem sic. Radices incidentur ac soli exponun- de his. lib.
tur : nam qui defluit liquor, siccatur à feroore etiā eodē ca.
solis : cum farina excipitur quatiturque ac sic plāta. ca. 5.
feruatur. Excipitur & ex caule alias non adeo
probatus: nihil autem antiquis adeo familiare
ac in vsu : & merito, ut docebimus, Silphium
plantam eius Græci vocabant. Inquit autem
in quarto libro, Cyrenensis regio plurimum
assert laserpitium odoréque suauissimum. Re-
fert verò inter odorantes plantas illud : nec
pigebit referre, quanquam obiter, quæ ille scri-
pserit de eius ortu miraculo similia. Refert
enim in Africa, imbre crasso ac piceo, syluatn
enatam laserpitij ante Cyrenem cōditam an-
nis septem : iucundum in cibis odore suo eius
succum esse refert, non solùm Theophra-
stus, sed & Plinius. Quin & qui scripsit de ho-
nesta voluptate, quamvis iunior, illud miscet
omnibus edulij, quæ odore vult nobis com-

K iiij

mendare. Tanta verò illi vis inest, Dioscoris de authore, vt in ore contentus succus toto corpore, breui quandam sudoris imaginem effundat. Quò sit ut minimè obscuræ aut mediocres illius vires esse possint. Cæterūm præter id, quod pecora persanat & expurgat, iucundumque carnium illarum odorem efficit: ad hominis vsum septem præbet auxilia præstantissima. Primum quidem, quod à Theophrasto enarratur, concoquēdi: atque in hoc prætereo quanta medicamentorum inopia laboremus: hoc autem singulare etiam est. Nūc autem de vera concoctione sermonem habeo, non autē de præparatione: inde in morbis præcipue frigidis & in sanis vtilis, innatū enim calorem fouet. Inde præcipua ei secunda laus. Nam cibos iucundos odore efficit ac gustu, alioquin toti corpori salutaris. Tum vērō & tertia illi gratia, est in repellendis venenis, vt Dioscorides enarrat, quo nil potest esse vtilius in quotidiano præserit vsl. Non solum autem in his causis confert, sed & in extremitatibus venenis, vt carnis rabidi morsu, itemque sponteis carbunculis, anthracibusque. Quartum vsum in pectoris, collumellæque vitiis affert, quibus quisque fermè laborat: atque eo ego s̄æpe vtor. Vocem autem lenitotique parti, quæ spiritum continet, non leue præbet vtilitatem. Commendatur & quinto in omnibus cutis affectibus, qui colorem vi-

tiant, nec solum in his, sed etiam clarius, can-
crenis, ac verrucis, omnibusque, quæ virtus fri-
gidioris humoris externas partes affligunt.
Sexta laus est in febrium rigoribus, ac conuul-
sis rigentibusque. Ultima est in dentium dolo-
ribus, ac etiam erosionibus. Habet & praeter
haec alia plura, sed non adeo præcipua, ut quoddam
arcuatos curet, ac colorem optimum efficiat,
ut pro fuso mulieribus constet. Tanta vis unius
rei est, quam nec a pluribus expeteremus: &
tamen cum nihil dissimile habeat, notissima
excidit res in morbis salutaris, vsu iucunda,
sanis utilis. Quid igitur in aliis sperandum est?
Haud dubium est nunc Belzoi vocari succum
Cyrenaicum: nunc solis pigmentariis in usu
est. Plantam, qui ex India veniant, eisdem no-
ris efferunt, quibus filiphiu[m] descriptum est.
Idem odor, idem sapor, idem usus: ad eadem
enim præstat, ad quæ ille antiquorum. Habet
& quedam propria, quorū haud interest me-
minisse, cum nec auctoritate constent, nec
tetulisse ex usu fuerit. Simili incuria negligunt
omnia medicamenta morbis propria: atque
si habent, talia habent, quæ melius sit non ha-
bere. Vbi enim Titimali usus in asclepiis? vbi
theriaca vera, pluribus morbis ac validis si-
mul propria? Quis audet eleboro attam pur-
gare bilem? sed purgant, immo exagitant. Vbi
ad ventriculum humidum, chærefolium, quod
mihi præsenti anno commodum inueni? ad

154 D E M E T H O D O
deiectionem appetentiae cibi, menta, ad imbe-
cillitatem verò absinthiū. Vbi parietariae vſus
ad lapidem, niſi exterius conterendum? Vbi
bubonion seu inguinalis herba ad tumores?
Vbi auxilium concoquens? Nam quæ habent,
præparant, haud concoquunt: vix vnum ha-
bent salutare, ac præcipuum auxilium, in galli-
ca lue. At nos his contradixisse aliàs videmur:

Abusu. 13. sed in his quæ expurgant tantum, cum emen-
et lib. pro- data non sunt. Sed huic etiam è directo iam
prio. repugnauimus: non hercle, nam non omnia
omnibus misceri debent. Nunquam tamen

Abusu. 38. simplicia optima sunt: quæ etiam non purgār,
raro noxa carent. Ob id tutius aliis emendan-
tur: at propria tamen non ignorasse expediet.
Sic ex vitio vitium oritur, cum rationē exer-
citationis ignoramus. Esse autē propria vnius-
cuiusque morbi auxilia, iā ostensum est, atque
efficacissima, de quibus Galenus scripturum
se librum pollicetur. Sed non quæ ab antiquis
tradita sunt, solūm oportet inspicere, verūm
quæ experimento respondent. Tantum verò
tribuerunt veteres experientiæ, ut etiam amu-
leta inter strenua auxilia collocarint. Sic Ias-
pidem viridem Galenus in ventriculi affecti-
bus, Alexander & Aetius in aliis alia atque a-
lia permulta scripsere.

O P T I M U M igitur est post lenitiones, præ-
parationes, coctiones, purgationes, ac talia,
præcipiuū in unoquoque morbi genere habe-

re auxilium, vt de podagra & phthoe di-
ximus.

Quod loco sectionis ac cauterij, escharoticis
exemplis videntur. Cap. XCI.

NON AGESIMVS PRIMVS abusus est,
cum in sectionibus ac cauteriis admini-
strandis ob ignorantiam musculorum, vena-
rum, ac arteriarum escharoticis medicamen-
tis (potentialia vocant illi cauteria, vel rupto-
ria) administrant. Peccant autem multis mo-
dis: primò, quia diutius hominem torquent au-
gentes febrem & vigilias, unde quandoque in
hecticam hac ex causa transiunt. Interim etiā
aliquando sanies intra penetrat, si que mor-
bus insanabilis: nā operatio hēc non nisi tardē
perficitur, ut aliquando etiam diem quartum
aut quintum attingat. Hoc autem dicebat Al-
bucasis, horum tarditatem incusans. Tertium
incommodeum est, quod loco salutaris impref-
sionis, quæ ab igne fit, venenosa qualitas in-
iungitur. Fiunt enim hēc medicamenta ali-
quando ex cantharidibus: quamquam leniora
sint, quam ut profundius penetrent: quandoque
verò ex calce ac capitello. Fiunt & ex præ-
cipitato: est autem hoc genus argēti viui iam
igne extincti, inde æreo vase tandi confica-
to, donec rubescat: omnia autem hēc venena
sunt. Dicebat autem Princeps, Iuuamenta cau- ^{quarta pri-}
terij quatuor sunt, prohibere vlcus ne serpat, ^{mi cap. 2. 2.}

156 DE M E T H O D O
sanguinem constringere, materiam corruptā
finire & frigidam malam qualitatem tollere:
quanquam & in calida non parūm iuuet, si Al-
buscasi credimus. Horum nullū inest auxilio-
rum escharotico medicamento. Ideo dicebat
quarta pri- bene Gentilis ibi exponens, quod quando A-
mis cap. 27. uicenna dixerat (Melius est ut cū medicamen-
to tollatur caro corrupta, quam cum ferro
in malis ulceribus, ob periculum musculorū,
ne laedantur, vel ob arterias aut venas) intelli-
gendum esse hoc comparando escharotica so-
lū incisioni, non autē cauterio ex igne. Pau-
lus in libro sexto innumeratas commemorat
operations, quae vel igne aut ferro admini-
strantur: paucula in septimo emplastra ad rum
pendum abscessus, ut ex fermento, & similiōn,
quod robustissimum ex eo genere est. Adde
quod membra aliqua omnino id genus me-
dicamenti non sustinent, ut de oculis dicebat,
quanquam adhibeat palpebris. Sunt & gene-
ra mōrborum, quae escharotica abhorrent: ir-
lib. 6. ca. 9. titantur enim non parūm, ut carcinoma: ideo
cap. 45. cauterio curabat Paulus. Sed obiiciunt ætatem
ac sexum: tum verò quod crux ipsa ex me-
dicamento diutius inhæret, quam si igne ob-
ducatur, tum quod ubi incerta est meta ma-
gnitudinis abscessus, tutius negotium medi-
camento, quam igne peragitur, tum etiā quod
in cancerosis ulceribus, ubi carcinoma exqui-
situm non est, ferrum nō tutò agit: cauterium

autem sanas etiam partes afficit. Indicio esse emplastra excogitata, alias nullius futuri usus.

S E D hæc patum ad rem. Nam quod ad ætatem & sexum pertinet, occultè plerunque peragit, celeriusq; absoluuntur dolore, quam metuere discat. At verò cauteria hæc, quæ adeo in usu sunt aliis in cruribus, aliis autem in brachiis nunc, antiquo tempore vix ea nota fuisse existimo: & signum huius etiam est, quod Rinaldus in suis parabolis & Nicolaus Florentinus, qui diffusius hanc tractarunt materiam, nullius antiquorum meminerint, qui ^{lib. 7. sum.} dixerit locum eum, qui cauterio sit vexatus, apertum tenendum esse, permittendūmque ut sanies fluat. Nihil tamen crebris his temporibus conspicere licet, quam ramicosos hos miseros monachos ob clamorem assiduum, & cauteriis perpetuis obligatos ob medicorum imperitiam. Philosophus in problematibus ^{par. prima} inquit, Quæ sub alis & iuxta inguina crumpunt in abscessus, medicamento rumpenda ^{problem. 34} sunt: qui autem lati sunt abscessus alibi igne, ^{& 63. &c.} acuti ferro. Censet sub alis & iuxta inguina periculum ex ferro accedere: cauterium autem & sectionem ex ære fieri consulit potius, quam ex ferro, quod celerius sanescant, quæ vruntur pertundunturue.

D I X E R I M igitur in carcinomate ac talibus, quæ acuto constant humore, explodendum esse usum escharoticorum. In omnibus

158 DE M E T H O D O
etiam nondum ulceratis locis opus esse ferro
vel ære igneue, tum etiam in membris nobilis:
in fistulis quoque seu malignis ac difficulter sanabilibus similibus: in omnibus etiam febrentibus, in omnibus debilibus, in omnibus macilentis, in his quibus opus est celeritate, in locis propinquis membris principali bus, seu vbi fluxus humorum timeatur, ignis aus æris usus est necessarius: emplastrum autem fugiendum. Memini vidisse nobilem vitrum, qui cum nihil mali pateretur, dum ædema curare nituntur, ob inficiam emplastro escharotico in incurabilem sinum, egregios nostros huius temporis medicos chirurgos ac etiam physicos cōmuni sententia traduxisse.

Quod sepius in febrium fine balnea prætermittunt.

Cap. XCII.

NON AGESIMVS SECUNDVS abusus est, cum balnea in febrium fine prætermittunt. Videntur autem non minus peccare ex hoc præpostero ordine, quam cum adhibent ante coctionem, ut superius diximus. *Abusu. 53.* Est autem febris proprium tria facere: membra ad sicciam & calidam intemperiem traducere: corpus arefacere: & cutim condensare, cum ob siccitatem cutis trahatur immodicè. At verò balneum hæc omnia appositissime soluit. Nam cutim rarefacit, humectat corpus, atque infrigidat, & impinguat. Febribus

ephemeris conuenite ob hæc creditur, conuenit & hecticis. Verùm in putridis necessariò spirituum inflammatio ac diurnæ febris modus quidam necessariò copulatur: de quo haud sine causa mihi in libro contradicitoris dicendum fuit. Nunc hercle satis erit, si ostenderimus id esse ex antiquorum omnium sententia, quod ab omnibus negligitur.

I G I T V R in decimo artis curatiuæ, dum ^{cap. 3.} ad curam eius laborantis vocatus esset, qui ex inedia fermè perierat, die decimo quarto cū lauit, ac rursus decimo sexto: sed & hoc stante etiam febre. Inquit enim, Cùm diei decimi tertij accessionem facilè tolerare vidissim. At num in diaria febre vna lauatione contenti erimus, aut expectabimus solutionem? cùm ^{cap. 2.} ter lauaret, octauo artis curatiuæ, iuuenem in die. Et rursus sub fine inquit: Iam & alium sic curauimus mirantem, quomodo frictione, & vnica lauatione multorum dierum inæ qualitatem dissoluerimus. Ac rursus: Non se mel aut bis lauare aut ter, verùm sèpius quām possumus: in primo statim die ad vesperam eos, qui diaria febre laborarunt, tum magis in secundo ac etiam in tertio lauasse ægros. At verò in putridis, vt ad rem dubiam illis, non exploratam quorundam more traducam sermonem, iam mihi est insistendū. Nemo enim tam absurdus est medicus seu Arabs, seu Græcus, seu etiam Latinus, qui ephemeras balneo

160 DE M E T H O D O
non curet: quanquam & illud hi nostri Aesculapij negligant, vt omni conatu, quantum in illis est, consilio ex paruis magnos, inde errore ex illis rursus morbos letales reddant. Galenus igitur (postquam nisi Galenum hi sciunt, nullique alij credunt, quin etiam Galenistas se veltrò vocant, habeantque) in nono artis curatiuæ, cum iuuenem sanguinea laboratèm febre, sectione venæ usque ad animi defectiō nem curasset, etiam sudore superueniente, in tertio nihilo minus hominem lauit, ab eo cōputando, quo sanguinem detraxerat.

cap. 4.

cap. 10.

A T quid opus est tot exemplis? Ex decimo eiusdem, sententia totius rei colligatur: Inquit enim, Rationabilius fuerit nec in principio febrium aut incremento homines lauisse. Quippe tunc densata ac coarctata non solùm est cutis, sed etiam, quæ sub illa est, caro. At in febris inclinatione, vel incipiente vel procedente, vel etiam amplius progressa, & nos saepe, & alij quidam medici multis ægris balneum adhibentes, non parùm frequenter cōtulimus. Inde post pauca subiicit. Itaque ex omnibus, quæ de balneis retulimus, una summa colligitur. Euacuari per ipsum si quidem, quicquid in corpore fumidum aut fuliginosum fuerit: consistuntque per ipsum in naturali symmetria tum caro ipsa, tum cutis, solidarumque partium ariditas corrigitur: & calor ille non modò qui ex lauacro accessit, sed etiam

etiam qui prius affuerat ex frigidæ lauatione
summouetur.

A t ne aliquid prætermittam, in hecticis si
quid est præsidij relictum, in hoc vno vel so-
lum consistit auxilio. Sed rursus ad putridas
febres orationem ipsam deflectamus. Hic idē ^{cap. 9.}
in 11. libro inquit, Itaque eos cum fiducia la-
uamus in balneo, aut medicamentis raram
cutē facientibus utimur, aut vinum vel aquā
frigidam damus, ubi concoctorum humorum
signa apparuerint. AEtius etiam libro 5. dum ^{cap. 76.}
de cura agit putridarum in generali per res nō
naturales, balneum, concoctione apparente
in omnibus conuenire existimat febribus.
Idem in sequentibus etiam consulit, dum pe- ^{cap. 78.}
culiariter de ardentibus tractat. Quinimo &
frigidæ usum quandoque in his suadet. Nunc
autem non est præsentis instituti ea com-
memorare, quę aliorum errore possent nobis im-
putari. Idem Paulus dum putridarum febrium
curam edocet: Omnes concoctam iam mate-
riam reposcunt. Idem Alexander, quamuis so-
lus ex Græcis materiam haud concoctam etiā
lentam, aut crassam expurgare cōsulat, si mo-
dò molestè, contra omnium aliorum senten-
tiam: nobiscum tamen & in tēpore & in mo-
do, hac vna in re consentit. Et Princeps in pri- ^{t. 2. cap. 38.}
ma quarti sui libri frequenter exhibet, vt in ^{& 42.}
cura Causonis & tertianæ puræ. Hoc autem
non est omnino, in quo disputamus, quamvis ^{lib. 2. ca. 18.}
^{lib. 5. cap. 4.}
^{in fine.}

H. C A R D.

L

cius verba generalem balnei in febribus vtilitatem declarant. Hali etiam libro tertio cum tradidisset curam febris cōtinuæ, inquit: Postquam reliquerit eum febris, vtatur regimine conualeſcentium iam ſupra dicto. Dixerat autem hoc in primo libro, cum inquit: Et vtantur calefactione in media balnei domo cum aqua dulci temperata. Rasis etiam in decimo octavo continentum tum Galeni authoritate, ab. 10. folio 385. col. 4. et 387. col. 3. lib. 3. ca. vlt. cap. 6. tum ſua inquit: Conualeſcens cum debilis fuerit, balneo cibis ac vino ſouendus est. Refert autem hoc quibusdam in locis ex artis curatiuæ libris, tum verò melius ex arte medicinali in fine, vbi Galenus enumeras ea, per quæ reficitur conualeſcens, balnea connumerat. Atque ſi ea ad generalem virium recuperationē commendantur ex quoconque morbo debilitatis, quid in febribus, vbi vel maxima pars curæ hoc auxilio, vel etiam tota cura perficitur? Cornelius quoque Celsus libro tertio inquit, dum de febrium curatione in generali ageret. Vtile eft etiā in balneum ducere: prius demittere in ſolium: poſt vngere: iterūque ad ſoliū redire: multaque aqua ſouere inguina. Dies me deficiet, ſi omnes in medium adducere voluerο. Sed reclamabunt protinus insequendam conſuetudinem: olim fuiffe pauperibus ac diuitiis ex æquo balnea in uſu: nunc verò ſolis Germaniæ populis, atque his qui lupanar frequentant. Indicio eft, quod in

Italia Thermæ iuxta id sunt. At non meher-
cle videntur Hippocratem aut Galenum vi-
disse, qui libro de victus regimine inquit:
Quamvis balnei usus paucis consuetus sit, ni-
hil minus ægrotantes ad ipsum deducendi
sunt, quām fieri potest commodissimè. At nō
solūm in febribus, sed etiam in peripneumo-
niis cæterisque morbis phlegmonem haben-
tibus conuenire ibi docet: nec non qualiter &
quomodo concocta sit quidem materia. Nam
in ardentí febre, vbi sola bilis abundat, non
viscida, nec crassa, nec cum phlegmone iuncta,
etiam ante coctionem conuenit, sed hoc peri-
culo sum. Docet inquam & Galenus non so-
lūm balneum, sed & olei inunctionem tepi-
dioris à balneo conuenire, eisdem, quibus etiā
ipsa lauatio, causis.

Q V A M O B R E M hæc vna sit regula. In om-
nibus ephemericis a hebeticis balneum semper
conuenit. Quod autem de balneo dico, idei
de olei inunctione consulgo. In putridis autem
in quibus neque phlegmon, nec humor adest
crassus, aut glutinosus, aut obstructio, aut ni-
nia repletio, fueritque ardēs febris, balneum
etiam conuenit ante coctionem. In cæteris, si
materia peccans fuerit calida, concocta mate-
ria, manente etiam febre, seu phlegmone ad-
sit seu non, adhuc conuenit. Et rursus in om-
nibus verè conualecentibus seu ex febre ab-

3. textus. &
rom. 44.

tex. & ca.
vlt.ca. 62.

L ij

164 DE M E T H O D O
humore calido, seu frigido, seu etiā cum phlegmone, seu etiam à morbo non febrili.

Quod in capitis & superiorum membrorum percusionibus ac vulneribus, non purgant validis medicamentis.

Cap. XCIII.

NON AGESIM V S T E R T I V S abusus est, cùm in capitis ac superiorū partium vulneribus ac percusionibus inualidis purgant medicamentis hominem, beatam cassiam exhibentes. Cur ego illos grandes medicos non accusem, ad omne genus erroris armatos ut ægros perimant. Erat spes in febribus saltem, quas quotidie tractant, eos aliquid scire: sed quot modis, quāmque perniciose in illis aberrent, iam in præcedentibus ostendi, ut si vel consultò vellent delinquere, vix hanc attingerent metā. Quanquam non pauci consultò aberrent, ut morbos in diuitibus procrastinent: inde transit consilium in vsum ac naturam. Dum verò rariora tractant, nihil omnino norunt. Appello autem rara vertiginē, attonitum morbum, sybillum, vulnera ac phlegmones, hydropem, vrinæ fluxum, quem frigidis ad perniciem curant, alioquin facile cessurum medicamentis. Semel enim Diabetes in Italia à Matthæo Ferrario pro miraculo visa est, bis à Galeno in calidioribus etiam regionibus, cùm frequentissimus sit vri-

næ fluxus , ille morbus acutus ac perniciosus ,
hic leuis & diuturnus . Sed cùm de hoc alias
dixerim , ad rem ab initio propositam reuer-
tor . Periculum est in vulneribus his ne phleg-
mone excitetur : atque id maximū igitur ut di-
uertamus materiam , quæ id facere potest ac
expurgemus . Videtur autem vna ratio hæc
atq; turgentis materiae , in qua secundo regim.
acut. purgat Hippocr. cum phlegmonem mi-
natur . Nec video salutarius auxilium . At cu-
curbitulas apponunt non expurgato corpore
non solùm in his , sed incipientibus quibusli-
bet morbis , angina , animi deliquio , percussio-
nibus , terroribus , capitis dolore , cum hoc pro-
hibeat . Galenus in libello huic tractationi di-
cato . Vnde subiicit , Vbi magis conuenire vi-
deatur , in cerebri phlegmone fluente materia
non conuenire , nisi prius expurgato corpore ,
sedatāque fluxione . Igitur huius erroris causa
est ex alio transitus , cùm soleant tonsores in
vulneribus adhibere , cùm ex errore in errore
migrent . Sed denuo ad rem reuertar : predixi
enim futurum , ut rem aggrediar infinitam , si
singula , in quibus grauissimè peccant medici ,
per capita tractare voluero . In genere igitur
mihi dicendum est , ut paucissimis veritatis
amatoribus , cuius ego pertinaci defensione
totus fermè periclitatus sum , totque gratuitè
suscepi inimicitias , satisfaciam . Sed me huius
propositi haud piget , nec solùm in ipsa summā

tex. 10.

cap. 3.

L iiij

capiο voluptatē, sed etiam in sensu huius pertinacissimæ voluntatis. Ergo quod in vulneribus hīc medicamento valido vtendum sit, ratione ipsa ostēdi. Scio quām multa hīc atque alibi obiici possint tum in aliis: sed iam sāpius illos, ad libros contradicentium medicorum reieci. Neque enim in tam absoluto ac breui, quale hoc est, opere, talia possunt declarari. Quamobrem ad authoritates me conuertam. Non enim ignoro, non turgere hīc materiam disturos: imò turget, cūm p̄r̄ dolore ad vulneris locum raptim deferatur. nec cōctio vlla expectanda, cūm febris non adsit, nec p̄paratio materiæ, cūm alioquin corpus duclum sanum esset, nec motus ille medicamenti, agitare illam meritò dici potest, cūm iam absque eo illa in motu sit, ac rursus ad contrarium eius loci, ad quem cum periculo defertur, reuellat & evacuet. Aetius namque libro decimoquarto docet, in vulneribus nervorum si corpus sit plenum prauis humoribus, medicamento vtendum esse. Et hoc intellectus Princeps, cūm dixit de genu loquens: Et vt festines in illius apostematis, vulneribus, ac vlceribus, cum sectione venæ & purgatione. Sed quid clarius Hippocratis sententia ex libro de vlceribus quarto de morbis curādis scripta? Inquit enim, Purgatio per aluum plurimis vlcerum prodest. Præterea vulneribus, quæ in capite sunt accepta: item

cap. 27.

quarta pri-
mū tra. 3. c. I

cap. 6.

quæ in ventre & articulis : ad hæc his , quibus
otsi caries impendent: præterea quæ suuntur,
& que exeduntur, & herpetibus , & reliquis,
quæ vlcera diuturna redditunt: etiam quæcumque
deliganda sunt , per aluum purgada sunt:
in omni etiam vlcere , cui erysipelas superuenit ,
purgari oportet corpus , qua parte vlceri
maxime conductit, seu per superna, seu per inferna
conueniat. Igitur cum morbus magnus
tribus modis euadat, potissimum autem vulneris,
inquit Galenus, seu ob membra laesi nobilitatem ,
ut cum in pectori, capite, ventreque acceptum est: seu ob prauam loci conditionem ,
ut in cubito, genu, capitib[us]que muscularum:
seu ob magnitudinem affectus, ut cum sutura
vel ligatura indigeret, in his omnibus purgatione
corpus indigeret. Quod autem per purgationem non intelligat lenitionem , sed validam
humorum deiectionem appetet cuicunque ,
qui citra affectum, Hippocratis requirat consuetudinem ac verba . Nam neque mediocribus
purgare solebat, nec leuibus. In erysipelate etiam optimè purgari debere corpus docet.

*Quod in pectoris morbis conantur medicamenta
expurgantia exhibere. Cap. XCIV.*

NON AGESIMVS QVARTVS abusus
est, cum in pectoris morbis materia expurgare conantur . Adeo mala quædam
L. iiiij

illis etiam fortuna , aut genius quidam infestus exagitat, cùm vbi debent, non agunt : vbi non conuenit agere, conantur. Dictum est autem de hoc in primo contradicentium medicorum , dum de agarici virtute tractaremus. Illud solum nūc nos decet adicere, Galenum in septimo de compositione medicamentorum nullum tale scripsisse, sed omnia eiusmodi medicamenta ad tria traducit genera: lenia, actia & media. Verū quisquā forsitan, nec immerito, dubitabit, quoniam pacto catapotia ad sanguinis reiectionem, gratia exempli, ex charixeno conferre poterunt, si nihil eousque descendit . Respondeo vim illorum (nam nūc eccligmata prætermitto) per venas deferri in pulmonem. Dico autem ramos vena arterialis, quæ sanguinem defert ex corde, ac arteria venalis . Ergo si in asperam vitium incidat, parum necessariò hæc prodesse manifestum est . Rursus, quia ex pulmone in cor unus tantum est aditus, ex corde in pulmone geminus, licet longè facilius medicamenta ad pulmone transferre, quam in cor ex pulmo ne materiam delinquentem . At vero vbi etiā traducta sit, necessarium est, ut in sinistrū cordis ventriculum penetreret per illius substantiam, quia causa non excipitur . At in medicamentis non necessarium est ut hoc fiat, sed vene arteriali via lata patet. Accedit, quod vbi etiam pus penetrauerit, in renes deflectitur

cap. I.

cap. 17.

per magnam arteriam, non ad iecur. His quatuor causis medicamenti vis per iecur ad pulmonem facilius accedit, quam ex pulmone ad iecur sanies: quibus quinta addatur, hic opus esse sola virtute, illic autem etiam substantia ipsa, quæ expurganda est.

Quod potum inter cibos admittant.

Cap. xc v.

NON AGESIMVS QVINTVS error in institutione est consuetudinis. Plures cum sint, vnius solùm meminisse decet. Nam reliquas innumeratas sic introduxerunt, ut cum relinquis, in ægritudinē incidas: cum amplecteris, vix cum illa bene habeas. Etenim cum vera ratio ostendat & antiquorum authoritas, primò cibum totum esse sumendum, ultimò autem bibendum, cum cibus concoctus iam è ventriculo defertur, quidam medici oblii diuturnæ consuetudinis istud præceptū seruare conati, mortui sunt, alioquin validi existentes. Igitur pessimum est consuetudinem permutare: optimum melioribus assuescere: prauis vero mediocre. Sed quod diximus, iam exequamur. Galenus igitur septimo artis curati. hæc habet: Sed enim si quo athletæ vsu tenentur, conualescentes instituerimus, bonum erit: scilicet ut à cœna non bibant, antequam cibus concoctus fuerit. Nam si biberint, innatant cibi, cum ventriculus ob

ca. 6. ante finem.

interpositum humorem illos non contingat. Verum si sitiant, tantum indulgendum, quantum ad sitis molestiam leuandā sufficit. Postea verò quām concoixerint, abundē bibere sūnantur. Nā celerrimē si ita faciant, cibus ipse per corpus distribuitur. Cōciliator existimat, primō eos sumpsisse liquidiores cibos, qui sic instituūtur: sed hoc haud verū est. Imō de his loquitur, qui iā solidioribus vtuntur, reliquerūntque lac, iura, ptisanā: aliter consiliū in solos conualescentes contorqueret. Ad id minimē conuenit, cūm iam athletas, & generalem utilitatem addat huic præcepto. Habeimus &c. aliorum placita, qui cum his consen-
tiunt. Nam Rasis quarto ad Almansorem: Nō bibat aquam ieunus, nec super mensam, sed postquam superiora alleuiata fuerint, tunc affatim bibat de aqua vel vino. Eandem senten-

tertia primi doc. 2. ca. 8. Celsus Romanam narrasse consuetudinēm, *post prio.* vt non solū potum inter cibum sumerent, *I præ. ca. 7.* sed & frigidæ potu clauderent. Itaque hoc nō minus, quām vt pueros ante septimum annum litteris tradant, nocet: nec Conciliator rectē sentit, qui scopos instituendæ simul ac seruandæ consuetudinis miscuit.

E R G O infans vt ablaetari coepérit, sumat ex iuribus mollia confecta pulmenta, ouorūmque vitella, abstineatque à carnibus. Post sensim ad duriora traducatur, cūmque his assue-

*differentia
118.*

cap. 5.

*tertia primi doc. 2. ca. 8.
post prio.
I præ. ca. 7.
lib. 1. cap. 2.
in fine.*

uerit, ab hora concoctionis, aquam sumat, sepe lib. 1. ca. 14.
tenuisque magistro lenissimo ad literatū stu- lib. 4. c. 29.
dia primum tradatur, iuxta Pauli atque Aetij
sententiam.

*Quod ptisanæ vsum prætermiserunt, tum maximè
secundum propriam rationem.*

Cap. x c v i.

NO N A G E S I M V S S E X T V S error est, in
quo ptisanæ vsum prætermisum doce-
mus. Incliti enim medici de minimis quibus-
cunque ad ipsos non pertinentibus solliciti,
hanc tantam rem obliuioni tradunt. Suffi-
cient autem landes, à Galeno huic tractationi
dicato in libello descriptæ. Est enim humida,
frigida, lenis, detergens, facilis concoctionis,
boni alimenti, tum medioctris in nutriendo,
subtilis, non turbans, non flatuosa, iucunda.
His undecim conditionibus aliis præstat edu-
liis. Porro quæ ex his sequuntur, ut quòd sitim
feder, quòdque ventrem leniat, sputa coad-
iuuet, corruptos humores mixtione emendet
sua, nolim hic enarrare. Nam nimis longum
esset. Peccatur igitur cum eam reliquerint:
grauius peccant, qui illam ex hordei confi-
ciunt farina. Nam ut prior facile concoqui-
tur lenisque est, ac detergit: sic hæc grauat,
obstruit, sistit, atque ob id etiā flatum gignit,
ac sitim. Solent enim, quæcunque difficulter
concoquuntur, ut labores, sitim generate. At
verò tertio errant, sed minus his, qui nec ex

quo hordeo, aut qua ex aqua illa conficiatur, curant: sed aquam esse putant, siue hoc ex grano aquae, aut meliore componatur. Simili incuria cum quotidie per haec duo transeant, panem decoctum exhibent: at praestat lotum conficere iuxta Galeni sententiam. At nec intelligent si eis modum explicauero, nedum ut sciant, quid sit panis lotus. Memini autem me scripsisse toto decennio neminem mihi ex febre Mediolani periisse: at illud mirum magis, cum tanta horum inscitia, qui tunc eam artem exercent, ac dolis incuriae quemquā seruari.

*1. de aliis.
cap. 5.*

*Quid in attoniti morbi cura seu apoplexia non
vno modo peccant. Cap. XCVII.*

NON AGESIMVS SEPTIMVS abusus est in morbi attoniti cura: qui adeo est multiplex, ut me cogitantem fatiget. Pri-
lib. 5. ca. 22. mò equidem diuina Hali in sua practica verba non animaduertunt. Inquit ille, Si facies rubea aut liuida vel viridis fuerit ac plena, sanguine ex remotis mitte: sin autē facies nō huiusmodi fuerit, agrū dimitte naturæ ad horas usque septuaginta duas. Quæ verba nec *differentia*
128. Conciliator intelligit, nec alij curant, nec si legant (tanta est huius seculi calamitas) quid si voluerit, intelligent. Igitur in his non agendo, quæ præcipiuntur, in aliis, quæ non debet, agendo, certa pernicies accersitur. Etius &

Paulus sanguinem in omnibus mittunt: nec lib. 6. ca. 27.
inter se tamen cōueniunt, magis præcep̄ stul. lib. 3. ca. 18.
tiūsque Pauli consilium, vt qui parum ratio-
nibus fideret. Aberrat vterque Galeni malē Laphor. 23.
intellecta sententia, sed hic locus non est. Re- prima teri
ctè dicebat equidem Princeps, Et scias, quod trac. 5. c. 14.
apoplexia, ac resolutio neruorum, cerebri vias
claudunt, vt medicinæ nihil ex delinquente
materia educere queant. Itaque illud primò
animaduertere decet, cùm longam narrationē
in contradicto de hoc fecerimus. Nam nul-
la magis in cura hārent aut dissident medici,
quām in hac. Si morbus est omnino letalis,
nihil agendum prorsus. Est autem letalis, qui
vel à febre, vel cum febre superuenit: ac lon-
gè eo deterior, quām in his, qui vt mortui, sta-
tim ab initio iacēt. Quod si interceptam vim
sentiendi existimant, quorsum cruciatus ad-
mouentur? nisi vt aliquid vel perperam agere
videantur: ostendunt autē tunc solūm hi, qua-
lis animus, qualēque sit eorum officium. Sin
autem febris superuenit, quæ ob suffocatio-
nem accidit, immedicablem morbū reddit.
Frigent autem horum manus, sed pulsus tamē
est frequens, cæteris salutaris. Sed hoc ode-
runt, nihil facere, malūntque ipsis carnificibus
perire hominem, quām sine illorum opera ser-
uati. Porrò quæ capiti admouentur, non parū
ab initio nocent. Calida enim hæc, vltra quodd.
ad locum materiam trahunt, etiam si mitesce-

174 DE M E T H O D O
 ret morbus, cerebro adeo concusso, mortem
 inferrent. Sed nec à cibis temperare possunt,
 timentes astutum infamiam: & si nihil (quid
 modò profuturum) exquisita inedia præstan-
 tius sit. Adde asinorum oua tribuentium præ-
 conium. Hos enim loris cedere deceret. Expe-
 ctas ut quid agendum sit, subiiciam: non agā
 hīc: est iam id scriptum. Si breibus dixero, ac
 cufabunt verba mea, & ignorantia vñā suam.

*Quod in hydrope asclite, secando ventrem,
 aberrant. Cap. xcvi.*

NO N A G E S I M V S O C T A V V S error est,
 cùm in quibusdam libris legissent medi-
 ci (in asclite peritoneum esse secundum,
 vt aqua laborantis effluat) illi exemplo pul-
 chram rem iuuenisse existimantes, quotquot
 in manus veniunt, dissecat, nec ullus vñquam
 sanatur. Id illi conspicati ac stupidi admiran-
 tur, tandemque frustra id auxilij inuētum cre-
 dent: adeo sine mente sunt, qui etiam sine pu-
 dore fuerant. At nesciunt, primò eos, qui ex
 duro tumore iecoris in id morbi incident,
 nunquam posse sanari, vt inquit Galenus, tum
 verò si incident, vitiato iecore ex aquæ diutur
 na mora nullam relinqui salutis spem. Sed &
 si educatur, cädenti ferro minus læditur æger,
 vt Haliabbas testatur: quanquam & Gal. inci-
 sionem consuluerit. Sed nullus euidentius,
7. præc. 6. 27 quam Serapio hīc, qui consulit, vt nō nisi fix-

ma virtute viris hoc auxilij afferatur. Ceterū aliquos sanatos refert: cùm ab incisione purgantibus medicamentis & exercitio vterentur. Celsus etiam, vbi iuuenes sint, hoc consulet, & Paulus, *ταχαί τροποι* id auxilij genus vocat. Aliud est autem, in quo aberrant stupidī: Nam cùm Aetius libro decimo consuluissest, in aqua inter cutem super poplitem secunda crura, id illud vidi egregios medicos, in asclite facere, cùm solum in leucophlegmaria (hypofarcam) vocat Princeps) id conueniat, vt ille aperte testatur. Verū ignorantia illos excusare debet, cuius causam veteres dedere. Nam aqua intercus aliquando omne hydropis genus significat, dicente Paulo, quod auxilij genus in nulla alia specie aquæ intercutem conuenit, quam in asclite. Proptiè autem vt speciem significat, an asarcam ostendit. An asarcæ vt sectio supratolos conuenit & nulli alijs, sic *ταχαί τροποι* soli ascliti. Vide modò quam per-
peram vtrunque in utroque experiantur.

C O N S U L T V M igitur fuerit atque factu optimum in hydrope asclite (legūt alijs ascite, magna ne dicam an improba sapientia) illico purgate aquam, nec differre. Nam vt moram traxit, etiam virtute constante, vitiat interna membra, mortemque affert necessariam. Si- non prorsus cedit, experire malagmata, omnia quidem intra quindecim dierum spatium. Sed & si hæc non profecerint, illico seca ven-

14. art. cur.
cap. 13.
lib. 4. ca. 7.
in fine.

lib. 3. ca. 22.
lib. 3. ca. 48.
in fine.

cap. 3.

trem & expurga medicamētis quotidie. Die
verò, qua secas, nisi ad vesperam, cibi nihil
pros̄sus dederis. Exerceas illum, moderatè
tamen, ne vel febrem aut casum virtutis, aut
sitim incurrat intolerandam, singulīsque die-
bus eum sic regas: facilè enim ac breui con-
ualeſcet. Caeſe autem, ne vulnus refrigeretur,
sed in calidissimo aëre detegatur. Operiatur
autem multis sed leuibus ac calidis panuis. Er-
go vitiosa est ſectio quæ tarda, quæ cum ſcy-
rho iecoris, quæ ſine medicamentis, auxilio
& inedia & exercitationis. Ut verò hæc vi-
tiosa, ſic letale prætermiſſe tanti morbi fer-
mè vnicum auxilium.

*Quod fruſtra timent lac & oua in febribus, curq;
abſtinuerim à diſſicilioribus quæſio-
nibus.* Cap. XCIX.

NON AGESIMVS NON VS abuſus eſt,
lib. 2. & 11. cùm lac & oua tanquam pernicioſa in fe-
bribus putridis fugiunt. Nam lac & oua opti-
mi eſſe alimenti in libris contradicentium me-
diorum planè docuimus: ſuperius etiam, cùm
carnes damnaremus, ouorum ratio habita eſt.
Nec omne lac omnibus conuenit febribus,
ſed ſolū aliniñum: hecticis autem omne.
Conuenit & liquata caro in ſolis fermè ter-
tianis: quam noſ ſuperius, ab aliis febrium ge-
neribus, tum aliis morbis prohibuimus. Con-
ueniet enim in exedentibus eadem ratione,
qua à

qua à Galeno in tertianis conceditur. Absti- ^{1. ad Glau-}
nui autem à singulorū perractatione, ac etiā ^{o. cap. 9.}
disputationib⁹ difficilioribus, cùm ea omnia
alibi tradita à me sint. Hec verò scripsi homi-
num salutem præferens odio medicorum. Nā
iustum est, vt insontium vita inexplibili eorū
avaritiae anteferatur. Nos verò illos omnes
auersari atque accusare par est, qui veritati,
quam nos vnicè amamus, hostes sunt, ac ini-
mici.

M A N I F E S T U M vērō ex his, cur alii qui-
dem me refugerint: alij magis impiè damnata-
re conati sint: cùm viderent latuata sepulchra
propriam inscritiam, scelerāmque nefandosū
conscientiam, quibus imparies meliorib⁹ se-
fent, ni falsis criminibus ac conspiratione
principum populi proderent vitam.

Quod scriptores horum temporum plus consulunt:
ornamento orationis, quam utilitati le-
gentium. Cap. o.

C E N T E S I M U S hic error aduersus legen-
tes scribentes ac medicos ipsos inscribi-
tur. Nam vt ad legentes ipsos primò deuenia-
non pudet illos in eadem causa tres aut qua-
tuor opiniones diuersis temporibus tueri.
Cùm igitur veritas una sit, certum est ha-
bitant tres saltem fallas esse, atque vnam tantum v-
eram: quandoquā etiam contingit vt nullas.
Sed quod optimum est pro illorum defensio-

H. C A R D e

M

ne, concedatur. Claram est igitur tribus annis falsa, uno anno vera illos docuisse discipulos suos. Quamobrem triplo plus damni, quam utilitatis attulerunt, perduntque sic principes pecunias suas, ut falsis praceptis discipuli imbuantur. At me non mentiri quisque intelliget, qui horum sophistarum scripta sub diuersis annis perlegerit. Est autem huius erroris causa quadruplex. Prima, quod non teneantur amore veritatis, sed ambitionis & avaritiae. At primum praceptum Galeni fuerat, ut diligenter super omnia veritatem, illi soli intenderent. Secunda est, ex ignorantia mathematicarum. Vnde Galenus iubebat (relinquo nunc Platonem & Aristotelem) ut mathematicis maximè studerent: quoniam, inquit, faciunt hominem cognoscere argumenta demonstrativa à probabilibus, & veritatem intelligere. Tertia causa est, ex ignorantia logicæ. Ideo præcipiebat Galenus ibi, ut methodum inquirendi veritatem discere vellent. Adiuuat hoc, quod ex illa, inani ac contentiosa Peripateticorum schola venient, in qua gloria ascribitur falsum tueri, & nihil firmi scire: sed solum nosse ad partes tanquam in declaratoriis argumentis dicere. Est ne haec illius, quem tantum proficitur, Galeni mens consilium aut praceptum? Sed quarta est, quod dicunt ne in posterum non habeant quid dicant, vulgaris iam illorum, ut solet scriptis, tan-

*lib. de cœfit.
artis medic.
cap. 7.*

vulgatis

ta pestis inuasit ob auaritiam, ignorantiam & ambitionem. Quare antiquorum more, pueri primò mathematicis essent imbuendi: experimentum somatur de puerō mendace: is veridicus euadet hac disciplina imbutus: tantus est illarum disciplinarum cum veritate ipsa consensus. Philosophiam verò simplicem, non contentiosam amplectantur, memincentque cùm ad medicinæ sacra perueniunt, non nugas se tractare amplius, sed hominum vitam, incolumentat atque fortunas. In posterum autem si consulere velint, alios medicinæ libros interpretentur. Sic nullo labore omnia noua videbuntur.

E x hoc alijs error processit. Nam assueti discipuli tot varietatibus, nō medicinam, sed sophismata amplectuntur, & pro veritate ambitionis contentionem. Nec cupiunt doceri, sed in disputationibus victores euadere: quasi de philosophorum chimeris, & non de humana salute sit certamen. Accedit huic maius incommodum, quòd à Peripateticis edocti vel nullam esse animam vel vnam, nihil à morte timentes, euadunt scelestissimi, vt optimos illos experiaris, id est minus malos, qui apertè philosophos, id est, hæreticos puros se esse farentur. Quamobrē cùm ita sit, nescio an plus commodi an incommodi mortalibus medicina afferat: cùmque considero, quod indocti decuplo plures sint etiam mediocriter erudi-

M ij

tis , quòdque eruditis tot vitia sunt , deinceps de tot causæ aberrandi, etiam si cum fide rem tractent , denique quòd etiam quandoque si non artem, fortuna tamen fallat attificem , & quòd plutes ab indoctis longè occiduntur alioquin victuri , quam morituri ab eruditis seruentur: tunc meo , ne magno malo potius , quam bono , ut pleraque alia mala , mortalibus medicina accesserit. Nec tibi , quisquis es , nouū hoc videatur: Galeni hæc ad vnguē sententia fuit , dum de medicis loquitur in arte curandi. Ille quatuor aut sex seruabat magno labore egros in uno mense , cùn cæteri viginti singulis diebus occiderent . Cur putas toties medicos à Romanis explosos? Cur tādiu , quippe sexcentis annis , illis carere voluerunt? nisi quòd præter superuacua impensa accedebat iactura populi. Nec existimes sponte admissos , sed cùm veneficia , adulteria , furta ac cædes pro incursione & luxuria irruperunt . Quis non videt adhuc Turcicam gētem sine illis viuere , ac longè melius? Nunc nouiter cùm irruperint , & inter eos spes est etiam illos aliis beneficiis dementatos cadere posse . Tot autem malis accedit , quòd sub hac specie praui ac scelerati innumera committunt flagitia. Quot ego cognoui , qui adulteria perpetravit ? cum sacris virginibus concubuerūt ; atque alia etiam admiserunt deteriora , si quid tamen his sceleribus potest esse deteriorius . Vbi est is , qui sacro-

sancum Hippocratis insurandum obseruet? Sed cùm non artis hoc sit vitium, sed hominum, deceret principes, Senatus, ac magistratus, qui tam facile miserum quenque, ob futrum duorum coronatorū suspendio puniunt, hos, qui delinquunt tam grauiter, acerrimè castigare, eoque asperius, quanto flagitium occultius admitti potest. Quid enim cùm in omnes, etiam in ipsos magistratus diligentier animaduertunt, cauūque sit de dolo malo etiam in minimis, hac in sola arte, sub qua tot furtæ, rapinæ, homicidia, incestus ac beneficia latent, adeò sunt negligentes? Admonentur à Catone, admonentur à Plinio, admonentur à Galeno. Non est hæc nostra, sed mortalium querela. Nā nobis penè satisfecit, qui potuit. Ergo & bonis incitamenta & præmia præponenda. Nec quisquam nisi patritia gente admittendus. Quo in precepto Mediolani rectè consultum, nec nisi optimis moribus, tum etiā parentum. Nam quòd ad artis nobilitatem attinet, superfluum est. Disputationes verò non in angulis, sed publicè: non semel, sed singulo triennio exercendæ. In disputationibus autem, quæ ad ægrorum curam instituuntur: & illud rectè constitutum est Mediolani, ne quisquā alius accedat. Ex hoc tam parvo semine, ni suc curratur, magna tandem malorum seges extrietur.

V L T I M A à scriptoribus ipsis calamitas

M iiij

182 DE M E T H O D O
adest. Confarcinant alij ac quicquid in buccā
venerit, in publicum edunt: magnis nomini-
bus plebem (nā sic libet appellare hominum
partem illorum studiosam) seducentes: sine
philosophia, sine ratione, sine iudicio, deniq;
etiam sine pudore, alius ab alio vel integras pa-
ginas , nec pudet etiam , ab antiquis sumunt.
Arabes negligunt:nihil illi sciunt:solo Galeni
nomine turgent:velut quidam, qui nec eum à
calce salutauit , quotidie mihi de Galeno ob-
gannit. O deus quem mihi mouet risum? Alij
idem putant ornatè dicere , ac rectè & bene,
volūntque res verbis,non verba rebus ancil-
lati. Laude dignum existimo Pomponiatum,
quod & aliás dixi,solitum dicere, si possemus
etiam sine Latina lingua omnino disciplinas
doceri, melius esse , quàm in ea temporis vel
modici dispendium facere. Atque is mihi etiā
sapere videtur, qui rudis linguarum ac barba-
rus,rectè tamen multa nobis tradidit, non so-
lùm in philosophia, sed & in arte medica. De-
nique quis illorum vel curam cum omnibus
etiam Græcis perfectam edocebit,nisi in pau-
cis ac diurno tempore? Studebimus ne Ga-
lenum , cùm attonitus morbus agnoscendus
est, ac medicandus? Aetius non cum Galeno
consentit,plurium placitis subscribens, velut
Archigenis,Ruffi,Adamantis sophistæ , Cri-
tonis,quorum sententia partim à Galeno op-
pugnantur,partim illi repugnat. Denique nec

id, quod tentant, assequuntur. Nam sexcenta in uno quoque libro eorum non Latina verba inuenire liceat, bruta, humiditas, ac talia: dumque his student euitandis, philosophiae operam non dant, sine qua impossibile est vel mediocriter eruditum esse medicum. Sed inconstiam etiam illorum expende. Scribunt, rescribunt, exponunt, vertunt cōuersa, ad omnem libellum apologiam extemporaneam excudunt. Inde vide illorum etiam, qui vertunt diligentiam: ex una disce omnes illorum soler-tias. Nolunt verbum reddere verbo: quod, quam utile sit in his (non enim poētæ hīc sumus) alia disputabimus. Nūc verò vel sic simplicium medicamentorum tabulam, ut iacer, depromunt, cùm præstaret Latinè redita, Latino ordine collocari.

Sicque laudetur Deus, quod medicina, quæ per Gentilem, Iacobum & Hugonem ad instans redacta fuit, nunc per nostros scriptores ad grammaticam, & medicamentorum simplicium inexpugnabilem contentionem, trutinamque verborum unius viri quasi Dei, ratione relata, miserabiliter hoc tanto studio nunc peruenit.

INNVERA sunt & alia, quæ non iniuria his adnumerari possent. Verum hæc pauca pro nunc delibasse sufficiat, quia grauiora videbantur, tantumque inualuerunt, ut minima pars sanæ doctrinæ, optimisque experimentis

184 DE M E T H . M E D E N D I .
relicta sit. Misereor autem mortalium, qui in
summis periculis minus sapiunt, quam qui
aestu, fluctuante mari, in cimba vehuntur. Na
cum etiam ignaro aetudi nautae usque ad ma
ximum vitae discrimen, omnibus expositis
fortunis plus credant, quam sibi ipsis agri, &
qui eis assistunt, medicorum sapientiam flo
cificiunt, nec illorum ad vnguem omnino de
creta obseruant, plus etiam in eius electione
falluntur, cum vel loquaciorem medicum, aut
ambitiosorem, aut seniorem, aut eum qui plu
res numerat clientelas, aut promptiorem, aut
magis praecipitem, aut magis familiarem, aut
mortibus compatiorem, aut verbis bladiorem,
aut vestibus ornatiorem, aut eum, qui poten
tum limina terit, reliquis preferunt, cum stu
dium assiduum, doctrinam copiosam, exactam
diligentiam, naturae iudicium acutum, vera pro
nóstica, & optimos successus anteponere de
berent. His enim sex rationibus, qui sit per
fectus medicus, deprehendi potest. Nam haec
non alicuius iniuria, sed ad humani generis
utilitatem scripta sunt. Nam cunctos hos ab
usus vigere aegri, ministri, tonsores, pharma
copolaque testantur.

HIERONYMI

H. CARDANI
MEDIOLANENSIS
MEDICI, DE METHO-
DO MEDENDI,

Sectio secunda.

*In qua de simplicium medicamentorum Nocumentis
aguntur, & eorum usus ad amissim enucleatur.*



PARISIIS,
In Aedibus Rouilij via Iacobæa, sub
signo Concordiæ.
Cum priuilegio Regis.

AMBROSIO CAVE.

NAGO CAESAREO PRO-

tophysico, Hieronymus

Carda. medicus

S. P. D.



IBELLVM de medi-
cinarum simpliciū no-
xa editurus, nomini
tuo dicandum censui:
vt si quicquam deesset
singulari tua doctrina
suppleretur: sin minus
authoritas illū tueri posset. dignitatis enim &
virtutis magnitudinem egregij ciues, ducē-
que nostri ac externi testantur. Nunc demū
Cesaris priuilegium confirmauit, & amplia-
uit. Vale.

P-A-112-11
M. Ambrosius Caveus up
G. G. Cesareo
Cum priuilegio Regiae

HIERONYMUS CARDANI

MEDIOLANENSIS MEDICI,

De simplicium medicamentorum no-
cumentis.

MULTOS. Ego vidi
medicos de simpliciū
medicamentorum usū
gloriari, quod & faci-
lius inueniti, ac inuen-
ta parari, non minūs
que quibuslibet com-
positis pharmacis ad
tollendos malos affectus virium habere pos-
sint. In qua sententia Scriboniū Largum Clau-
dij temporibus medicum celeberrimum scri-
psisse video, simplicia medicamenta prius esse
narranda, quoniam compositis plerūque sint
efficaciora. Octavianus etiā Horatianus Va-
lentiniani imperatoris tempestate clarissimus
physicus, & composita &c remota remedia
damnat, omnique ætati, morbo, occasione,
in quacunque etiam prouincia, parata ex sim-
plicibus auxilia egregia constanter affirmat.
Plinius etiam paruo ante tempore vir infi-
gnis, ac quantum ullus alter in rebus erudi-
tus, eadem scripsérat, medicosque ex longi-
quis partibus & operosa & pretiosa vehi per-
suadētes, calumniis prosequitur: cùm ex hoc

N ij

*In epistola.**lib. I. cap. I.**lib. 24. cap. 2.*

188 DE SIMPL. MEDICAMENT.

to suo quicque remedia deponere posuit im-
pensa nulla, labore modico: omnésque eius
libri singularibus medicamentis etiam ab ipso
probatis referti sunt. In eorum etiam confir-
mationem & Celsum, & Dioscoridem, & Ga-
lenum, maximè in simplicium medicamento-
rum libris, Auenzoar, & Serapionem, Auer-
roim, Principem, Rasim, Melueim, Haliabba-
tem, innumeros etiā alios, tum antiquos, tum
recentiores scripsisse video, ad singulos affe-
ctus strenua ex singulibus medicamentis
auxilia. Quinimo video præsentes medicos
(& hoc etiam ego aliquando expertus sum fe-
liciter) in interioribus morbis, maximè autem
ventriculi, cremorem camemilli per se admi-
nistrare, protinusque dolores sedari, quod &
à Galeno scriptum iuuenio. Sæpe etiam pluri-
mas simplicibus medicaminibus vidi sanari
diuturnas ægritudines, quæ longo tempore
frostrâ cum compositis pharmacis tetricæ fue-
rant. Quod nemo sanè admirabitur, si in ape-
riendi facultate solam gentianâ expertus fue-
rit: nec solum in ea, sed in orthopnoicis &
quartanis affectibus extemporaneas sanatio-
nes videbit. Huius quoque opinionis Auer-
rois fuisse videtur, cùm de rhabarbari natura
differeret. Namque non solum innoxium esse
dixit, sed etiam aliarum medicinarum nocu-
menta corrigerere: cui etiam Melue assentitur,
& ratio. Nam cùm plures partes in rhabar-

*lib. exper-
iment. ad li-
teram.*

*s. colget. r.
proprio.*

bato purgantes videre liceat (ventrem enim soluit, & obstrunctiones aperit, & membra confirmat, & sanguinem reprimit, in tantum ut hæmoptoicis afflatis, summum auxilium esse credatur) nil mirum, si per se sumptum innocuum fuerit, cum multorum medicamentorum vires egregias in se contineat. Quod etiam veritatis imaginem habet: consentaneum enim est, naturam in hoc opere atti non celsisse: nam non artem natura, sed naturam artis imitatur. Credendum igitur putant, medicinas simplices re ipsa esse compositas, non solumque simplicibus morbis, sed diversis & pugnantibus exhibitas sanitatem restituere posse. Numerus etiam ad hanc confirmandum heresim, cum iusdā ligni Indici inuentio accessit, cuius longa exhibitione per cremorem, non aliter melius elephantiasis quoddā genus curatur, quod vulgari nomine dicitur morbus gallicus. Infinita horum possem commemorare exempla, cum omnium medicorum libri his scateant remediis, sed omnia sub una ratione constat, ut non frustra sermo producendus sit. Capita 3. de tempore ramentis.
igitur vniuersa eorum, quæ interius assumuntur, tria sunt, cibus, medicina, venenum, quorum commissione sex membra generantur, ex quibus tria silentio digna sunt: nam de cibis non est instituti propositi pertractare. Medicinas vero venenosas, et ipsa venenata nemō sanx mentis, vel solo auditu nomine, innoxia

N iii

190 DE SIMPL. MEDICAMENT.
 esse dixerit. Reliquum est igitur, ut de medicinis ipsis aut cibalibus, vel cibis medicinalibus dicam. Est autem inter hęc differētia, quoniam medicinalis cibus alit primō, & immutat: medicina cibalis, cūm immutauerit, in alimentum transit: medicina verò simplex nequaquam ab immutatione transfertur in alimentum. Igitur cūm cibi medicinalis paruum fuerit iuuamentum, non erit mihi de eo longior sermo habēdus. Quod si assiduitate quis iuuamen augere sperauerit, dupli obice impeditur. Primum, quoniam desunt prodesse auxilia, cū opus est, quæ quotidie in vsu sunt, ut Plinius dicebat: quare Princeps iubet iuuantia etiam medicamina permutari. Alterū est, quod si in modico vsu paruum damnum sentiatur, in plurimo magnū euenire necesse est: vel ipsa cōsuetudine omnino mitescere, quorum vnum propositi nostri metas ingreditur. Reliquum verò ad cibi rationem, de cuius natura dicere propositum non est, pertinere video. Igitur nobis tantūm duo membra supersunt, videlicet medicina simplex, & cibalis, quorum vtrunque diuiditur in laxantem, & eam quæ alium non subducit. Primum quidem genus, medicamenti nomine, simpliciter appellabo: et si non ignorem à pluribus hoc nomine tantūm strenua laxantia debere inteligi: sed non est de nominibus litigandum, vbi res ipsa difficultatem non parit. Galeni hoc

hoc enim præceptum est. Alias verò medicinas, vel simplicium nomine, vel medicinæ, vel medicamenti cum adiectione intelligi volo.

*2. de dif. fe-
brium ca. 7.
authoritate
Platonis.*

D I C A M V S igitur primò de medicamentis in genere, demum de propriè vocatis: prætermittentes illud, Omnem medicinam purgantem, & soluere & inueterascere: nam hoc non medicinæ ipsius, sed operationis vitium videtur. At medicinas nunc, nō operationem ipsam reprobare propositum est: si quidem hoc non solum simplicibus medicamentis, verùm etiam compositis commune foret.

*tertia primi
à Principe.*

P R I M V M ergo à ratione, quæ plurimum potest, sumamus exordium. Cunctatum medicinarum facultates ita sibi annexuntur, ut si prima culpa caruerit, secunda vitio detur, veluti quod robur addit, obstruit: contrà, quod aperit, robur minuit & laxat: suntque hæc vires semper æquales, Galeno teste: quantum enim constrictio in medicina facultas augetur, tantum & roboris membro addit. Cùm igitur paria sint iuuamentis detrimēta, tantum una quæque medicina nocebit, quantum & iuuabit. Hoc autem deterius erit, cùm non æquilater intrinsecæ particulae affectæ fuerit, quod rarissimè contingit. Plerunque enim hepaticum, ventriculo frigido existente intenetur. Quomodo igitur, si zinziber ventriculum calefaciet, hepaticum non vret? aut si oxiacanta feruorem iecoris mitigabit, ventriculo frigidita-

*5. de simpli-
ciū medica-
mentorū fa-
cultate.
secunda ratio*

N iiiij

tis intemperiem non augebit? At si cōposito
Antidota-
ry cap. 5. vtaris medicamine, vnaquæq; particula, quod
sibi conuenit, attrahere didicit, vt volebat Se-
rapio. Eo modo calida membra frigidas me-
dicinas, frigida calidas, ad temperandam natu-
ram sibi vendicant. Quòd si capparis corticē
in misto medicamento lienosus deuoret, à
splene attrahitur, antequam in ventriculo ma-
gnam inferat noxam: quòd si ei absinthium
copulauerit, fiet, vt hoc in ventriculo moram
trahat, & non ad splenem deferatur. Qui ve-
rò capparis simplicis vsu delectabitur (de cor-
tice loquor, nam fructus sale conditus mitior
est) & in iecore, & in ventriculo robotis noxā
patietur: acre enim est nimis medicamen, &
nimūm aperiens. Scio quidem rationem hanc
ab Auerroe aliter interpretari: sed non mihi
curæ est opiniones suas, cùm aduersus medi-
cos in medicina disceptat, refertre. Aliis enim
libris medicorum contradictiones descripsi-
mus. Sed iam, vnde digressi sumus, eo reuert-
Tertia ratio tamur. Zoat vir & longa experientia & ani-
De cōsernā- mi synceritate inter medicos non patuæ au-
da sanitati. thoritatis, censem nullum membrum princi-
itē 1. theſſi. trac. 15. c. 1. pale, nec ventriculum ipsum absque astringen-
& t. 13. & tibus aromaticis fore curādum. Quòd cùm
alibi plures ita sit, erunt omnes affectus, excepta immate-
& Auer- riali debilitate, compositis medicinis curandi.
rois. Nam primò materiam evacuare opottet, an-
tequam membrum confirmetur. Igitur appa-
ret,

ret, medicamina composita in cunctis morbis
esse necessaria. Nam uno duntaxat excepto,
quod rarissime accidit, morbo (cum illum e-
tiam ob alias dictas, & dicendas rationes me-
dicamine compósito curari conueniat) cæteri
omnes vel hac vñica ratione composita me-
dicamenta reposcunt. In quam etiam senten-
tia in expressa voce Princeps inuestitus est, ut
nec illud in his, quæ foris applicantur, præte-
riti maluerit. Sed iam aliam cōpositionis ne-
cessitatem, audi à Galeno sub cōpendio enu-
meratam. Sunt equidem medicamina mor-
bis æquali contrarietate machināda: hoc enim
à Galeno sèp[er]ius reperitū est. Cùm igitur sin-
gularia in gradu æqualia & morbo cōuenien-
tia vix inuenire possibile fuerit, cui dubium
est, medicinis vtendum esse compositis? Hoc
autem magis, cùm quedam simplicia vni mor-
bo ita conueniunt, ut in causam addant, velu-
ti quosdam video medicorum, asclitem ge-
nere quodam caulis soldanellæ vocata[m] mater-
no sermone curantium. Quod si simplex pro-
pinatur, non parum iecinori oberit: satiūsque,
puto, foret ista relinquere, cùm non desint au-
xilia in vtraque conditione salubria. Accedit
huic causa alia: nam plerique aut ventriculo
sunt imbecilli, vt os eius mordicationem sen-
tiant, aliis renes, aliis hepatis, aliis cor est inuali-
dum, aliis nausea velox, aliis minus soluitur al-
ius, aliis parum, aliis complices sunt affectus,

*quarta pri-
mi.**Quarta ra-
tio.**primo cura-
geni ca. 3.**3 de repara-
mētis, &c in**techni, & 2**desimp.me-**dicamēt. fa-**cultate c. II.*

194 DE SIMPL. MEDICAMENT.
quas omnes ob causas in cunctis affectibus
composita oportet offerre auxilia.

Prima ratio. De his igitur generaliter satis dictum est.
At nunc peculiari sermone laxantia medica-
menta prosequamur: nam horum præcipue
vitiosa natura est, vnde Cornelius Celsus me-
dicus antiquissimus, cui si Galenus non suc-
cessisset, post Hippocratem palma medicinæ
statuenda erat, dicebat, Omne medicinam
solutiuam mali succi esse, & ventriculo inimi-
cam. Cui non solùm Serapio assentire vide-
tur, sed rationem adiucere. Cùm enim non
aliter aliud subducatur, nisi prius ad ventricu-
lum contractis humoribus demum expressis,
necessè est ipsum & humorum qualitate, &
motuum diuersitate, nō parùm lædi, ac etiam
temperamentum solui. Cuius etiam signa sunt,
fastidium subsequens, antecedens plerunque
nausea, malus sapor in ore, quem tandem ex-
trema comitatur sitis, si rectè solutus fuerit,

4. aphor. 19
secunda ratio
3. de alimen-
tis r. de lacte
vt dicebat Hippocrates. Verùm etiam mihi
in hac causa Galenum fuisse persuadeo, qui
omnium laxantium innocentissimum affir-
mavit serum, quod tamen & mellis & salis so-
cietate correxit. At nec sic flatulenta vis om-
nino deiicitur, vt cuilibet experiri licet. Quòd
si innocentissimum medicamentum, non om-
nino etiam emendatum vitio caret, quamuis
exiguo, quid in aliis non æquè probatis me-
dicamentis dicendum erit? Aut igitur Galenū

culpare, aut experimento diffidere, aut omne laxatium medicamen vitiosum fore fateri cogimur. Horum igitur trium præsertim tot rationibus famulantibus, minus absurdum est concedere, quod etiam quotidiana ostendit experientia: omne laxatium, nullo exempto, per se sumptum fore vitiosum. Debuerant hæc ipsa nobis facere fidem: sed ne quid promissa investigationis prætermitti videretur, iterum à singulorum enarratione auxiliorum orationem exordiar, cum prius vnius meminero, non esse serum quasi medicinam, sed potius potum medicinalem, cui ad diuisionem quadruplicem laxantium medicaminū à Mesue examinatam fuga supersit. Existimet etiā *In de consolatione medicinarum.* quilibet secum, si in hoc, ut ita dicam, familiarissimo potu (nanque omnes lacte alimur in infantia) quoniam soluendi virtute præditum est, tantum noxæ contrahitur, quid in aliis sperandum sit, quæ non solùm nobis aliena, sed ferè incognita, & gustu insuavi prædicta sunt? Dicamus igitur de his primò, quæ vehementiora sunt, post de quibusdam quæ à recentioribus benedicta appellantur, quoniam verè soluendo minus cōturbant. In cæteris enim satis fuerit, camemilli & glizirizæ naturam explorasse.

SCAMONION in subducenda bile omnibus Mesue prætulit medicamentis, ventriculo autem postilentissimum, & deleterij vim ha-

cap. propria.

bere Paulus Aegineta existimauit: cuius correctorium mirabolanos in suo capitulo, idem lib. 7. ca. 4. Mesue esse dixit.

TITIM ALLORVM speciebus omnibus aquam purgandi vis inest maxima, Rasi teste.
7. conti. c. 2. At ea venena esse, vel à Galeno, vel à Principe.
fo. 157. col. 4. pe sciatur: ut etiam loca glabra perfectè reddantur lacte eorum. Aceti infusione, & citeniorū societate mitiora fiunt.

LACTERIUM simili vi, & esulam pollere manifestum est: verum maiore noxa, minore tamen utilitate, vix naturæ pluribus ingenii conciliantur.

* LACTERIUM vim tum in hydröpe, tum in pituita euacuanda Hippocrates celebravit, & Rasis: sanguinem tamen educit Princeps teste, cuius correctio non una est, dragantio, tamen mitescit aliquatenus.

HERMODACTYLUS iuncturis opitulatur, si quid aliud: attamen stomachum laedit vehementer. Mesue raphano corrigit, Rasis opium & sacharum miscet, in catapotia formatur, rarum etiam esse creditur. Quod enim sub eius nomine administratur, adulterinum est.

PES corvinus ventriculum non ita laedit, & ad iuncturas ab Alexandro plurimum commendatur: innoxium magis est hermodactylus, ut etiam Princeps testatur. Ipsum tamen à nullis per se administratur, laedit enim interiora: quare aromatibus copulatur.

7. epidemia-
rū rbi supra
2. cano.

12. cōth. ca. 1

lib. 2. ca. de
cura poda-
grei

12. cōth. ca. 1

TURBITH phlegma educit grauter: nomine ipso , noxia natura detegitur. Corrigitur zinibere à Mesue.

CARTAMVS seu cnicus ab Auerroe in phlegmate purgando indifferenter omnibus præponitur auxiliis. Cordumeno à Mesue corrigitur: non enim suum deest vitium, vt cui cunque natura progeniro. Cardamomum tamen pro cordumeno subiiciatur.

COLLOCINTIDAM crassis lentisque humoribus, qui extra venas positi sunt, accōmodatisimam esse faterut Auenzoar. Est tantum eius intestinis nocumentum, vt adhuc de eius cōtritione, & Rasis, & Mesue, & Princeps disceprent. Ab Auenzoar amygdalis copulatur, à Særapione, dragantio.

SARCOCOLLA subtili pituitaeducendæ, optima est: educit & crassam à retentioribus sæpe repetita. Eredit tamen vehementer & calefacit. Mitescit lactis per septem dies infusione, vt à Montagnana docetur.

VERATRVM ad purgandum atrabilem, & totum corpus inaniendum, item ad iuuentutem reparandam. Mesue commendat. Hoc enim proprium ei inesse viderut. Veratrū tamen conturbat, & sæpe conuulsionem efficit: propterea ab Auenzoar nenufare ob immodicam siccitatem corrigitur, vt sic etiam cordi propitius fiat. Nec hoc acopo præstantius inueniri posse arbitror, non solūm veratri, sed

*In consiliis.
In de simplis
cibus c. pro-
prio & à
Montagna
na.*

*2. theisi. træ
cl. 4, ca. 5.*

198 DE SIMPL. MEDICAMENT.
omnis medicamenti, quod in modica siccita-
te principalibus membris nocere natum sit.

lib. I. ca. 84 LAPIDEM Armenum Alexander in hu-
more nigro educendo cunctis aliis præposuit:
multiplici tamen lotura indiget. Nec tamen
sic omni documento caret: cœruleus tamen
lapis hoc in iuuando inferior, in nocendo, va-
lentior inuenitur. Quidam etiam nullam ei-
vim inesse putant.

EPITHIMVM Serapio cunctis prætolit
in educendo felle nigro. At tamen multiplici
documento obest, præcipue tamen his, qui-
bus abundat flaua bilis. Corrigitur mirabola-
nis Indis.

POLIPODIVM inferius ipso est: nec ta-
men noxa vacat, extenuans corpora, subuet-
tens ventriculum. Multa sanè huiusmodi no-
minate possem, & penè infinita, ut terbentinā,
armoniacum, periclimenon, centautium, pe-
plum, ebulum, sambucum, squillam, aristolo-
chiam, ciclamen, ireos, ben, semen, opopo-
nacum, dracontium, brioniam, staphisagriam,
nitrum, sparti semen, ginistæ flores & persi-
corum, catapuciam, album elleborum, alu-
men liquidum, assarum, serapinum, fellæ te-
studinum.

OPORTVNIVS igitur fuerit ea, quæ in
dubio versantur, contemplari, & quæ sine no-
xa ab aliquibus esse creduntur, qualia sunt a-
loes, agaricus, rhabarbarum, cassia fistula, má-

na, senne, violæ, rosæ, fumus terræ, tamarindi, mirabolani, absinthium, sticados, ius galli, eupatorium, psilij semen, lupulus, capillus venenarius, aqua lactis. Aloem igitur declamant medicinam totum corpus purgantem ventriculo commodam: quinimo & sanitatem tueri credidit Mesue cum cibo sumptum. Hic quidem, ut puto, consiliij proprij pœnas dedit. Nam in iuventa extictus est. Hoc autem quantū habeat detrimenti, considerandum est in una quaque particula: non enim in cunctis simplicibus hoc expedire puto, sed in his tantum dana diligentius inquirenda sunt, quæ ab his tanquam innoxia proponuntur. Primo itaque de sapore eius ratio habenda est. Nam, ut Princeps dicebat, etiam quod ægritudinibus auxilium simplex opitulari posset, attamen fuit necessaria medicinarum permisso, ob saporis prauitatem. Si igitur in aliquibus hoc conuenit, aloem de horum numero esse necesse est. Hoc enim omnium medicamentorum cum colligintida in amarore obtinet principatum. Unde recentiores exerta lingua iubent deuorari: non enim eius amaritudo sentitur. Sed videamus an ventriculo amicum sit. Dicebat Rasis aloem amicum ventriculo fore, non simplicit intelligendum, sed ad reliqua purgantia collatione habita. Cunctis enim aliis est minus perniciosum. An autem omnibus conueniat, & quibus, Paulus paucis verbis pate-

*in canticis
te. j. t. c. 14.*

*Platearius
de simpl. q.
cotti. c. 1. fol.
101. col. 3.
lib. 2. ca. 55.*

200 DE SIMPL. MEDICAMENT.
fecit, aloem tabem inducere professus, si calidis & siccis temperamentis exhibeatur, aut in longo vsu, vel inculpato humoribus corporis: an autem conueniat cum cibo sumptum, in de cassia fistula sermone dicemus. Agaricus quamquam vix probatus inueniatur, nec tamen quantumcunque bonus noxa caret: haeret, nauicam mouet, viscera debilitat, vnde ratio vel aliter quam in tremore, aut sali, vel oxi meli commixtus propinatur.

R H A B A R B A R V M calidum est & siccum immodicè: crassæ etiam substantiæ, vnde com modè squinanto & spicæ sociatur: leuis usus parum iuuat, mulus vehementer exiccat. Itaque corporibus siccis non parum nocet per se sumptum. Solemus itaque passulis innoxium reddere: humores autem pituitos per se excernere non valet. In omnibus igitur morbis copulati debet, nisi in humido corpore sola bile oppresso, quod vix inueniri contrigit. Igitur aut in tremore, aut aliis iunctum medicamentis, vel cum passulis plerūque exhibetur.

C A S S I A E fistula nullum per se usum credo. Nam si ante cibum plurimo tempore sumatur, in alimentum transit, Mesue & experientia docente. Sic autem perdicem nemo etiam parasitus ei non anteposuerit. Ut aluum autem subducatur, ante cibum, vel à cibo proxime deuoratur: hoc autem & in aloe & in cæteris medicinis fieri pessimū ducebat Paulus,

cum

cum cruditatem maximam procuret, locoque *Secus tamē*
concocti humoris educiti crudus instauratur, *in febribus*
nec sine virium detimento, quod à ratione
sunt initium. Nam non aliter subducitur ali-
uus, quam aperto piloro, atque ita mora in
ventriculo non contracta incoctum alimen-
tum transit in venas: extrema enim morula, *& veneno-*
quam cibus in ventriculo ad concoctionem
contrahit, est horarum octo, ut dicebat Rasis. *sis medica-*
Non igitur hoc meo iudicio floccifiendum
erit incommodum, quo tamē deterius agitur, *mentis, vt 2*
si more quorundam catapotia, & in ardorem
febrilem, & in tabem membrorum addentia
propinentur. Minore enim nocumento vita-
to, deterius introducitur.

M A N N A quidem antiquæ innocentiae me-
mor nullum videtur sensibile inducere nocu-
mētum. Verūm ego prunis magis, quam me-
dicinis assimilari puto. Eius tamen natura per-
uertitur, cum in malam inciderit sedem, nec
verè quid esset, Serapionem cognouisse cre-
do, sermonis breuitate, & varietate.

R O S A S nemo simpliciter offerat. Ad lipo-^{Lipolygnum}
thomiam enim usque ducunt: aliquando ven-
triculum subuertunt: Aqua casei syripi com-
missus propitius est.

V I O L A E ut minus habent vitium & vis
astringentiæ, ita à nullo sola exhibentur.

F V M I T E R R A E succus est in usu ad mu-
dandum sanguinem, veruntamen ventriculo

H. C A R D.

O

202 DE SIMPL. MEDICAMENT.
inimicus est. Nam omnes succi præsertim hic
eum offendunt, quare ab eorum administrati-
one caendum est: subuertunt, laborem præ-
stant, concoquendi vim minuunt, quod & si
Galeni inuentū sit, attamen experientia quis-
que doceri potest.

QVAE soluunt & dulcia sunt, emundant
sanguinem, vt manna, cassia, & thamarindi le-
niunt pectus, si alio sapore non inficiantur,
vt manna, & mel & cassia. Renibus omne
leue auxilium laxādi propitium est, vt violæ,
aqua lactis &c.

T H A M A R I N D I stuporem dentibus in-
ferunt, ventriculo nocent.

M I R A B O L A N I rugas visceribus & ob-
structiones inferunt: quamquam in seruanda
iuuentute, non aliud sit melius medicamen.

A Q Y A lactis leuis virtutis est, flatus indu-
cit, tardè operatur.

N E C ignoro horum minima fore nocu-
menta vt rhabarbari, cassiæ, mannaæ, rosarum,
violarum, fumiterraæ, seri: attamen si iuuamen
insigne procuraueris, multiplicata exhibi-
tione, vel multitudine, impossibile erit dam-
na occultari.

S E N E mundat sanguinem, & iuuentuti
seruandæ, & coloris bonitati manifestū præ-
stat iuuamentum, raróque videntem febre ac-
uta corripi videbis. Nihil minus stomacho
nocet, & tedium in operatione affert, capitis

dolorem aliquando mouet, nec iure gallinarum tollitur nocumentum ventriculis pituitosis: quidam iulep violato, cremorem temperabat, minusque molesta erat, videbaturque insignis medicina.

A B S I N T H I V M sanguinem à bile mun-
dat: hoc enim eius proprium est, Serapione teste. Per se sumptum tamen & odiosum &
inutile, ex succo etiam damnosum.

I u s galli nullo insigni iuuamento prædi-
tum video. Quod si nitrosi plus habuerit, la-
xabit quidem, sed magis ventriculo oberit. Si
verò iuuenis animalis, insipidus potus est:
velut & pruna, cibus: verùm & si molliendo
feces aluum fluxilem reddant hæc omnia, nō
tamen à ratione ptisanæ dissentunt, nec de
ventrem molliètibus dicere propositum est.
Differunt enim hæc ab omnibus aliis vocatis
medicamentis, quoniam non subitò, sed plu-
rimum post tempus liquidiores feces reddūt,
nec cogunt alimentum incoctum descēdere:
talia etiam sunt blitum, mercurialis, cerasa,
oleū cum cibo sumptum, & plura huiusmodi.

S T I C A D O S trissagonæ & eupatorium
absinthio plus sunt nocua, & minus in usu.
Has enim herbas solas propinatæ neminem
vidi. Frustra igitur de his sermo habéodus est.

L V P V L V S quidem in mundando sangu-
inem plurimis fumoterra anteponitur: nam
humidus est, ille verò siccus. Humidas autem

*Antido-
tarior ca. 130*

O ij

204 DE SIMPL. MEDICAMENT.
 & frigidas medicinas solutiuas incolumiores
 aliis credendum est, quoniam suæ operationis
 sunt moderatrices, & nocumentum tollunt.
 Verùm non est in lupulo à cibo virtus aliena:
 quotidie enim manditur, & per se sumptum
 nihil operatur.

P S I L L I mucilago infrigidat vehementer,
 sed parùm soluit.

C A P I L L V S veneris parui iuuamenti est
 in laxando. Noster nec in hoc nec in alio vir-
 tutem habere videtur, ita vt nemo hæc sola
 propinare audeat. Quòd si quis experientiæ
 causa tentauerit, medicinæ calumniam, & im-
 peritiæ sibi inferri videbit.

N E C tamen Mesue authoritas in his mul-
 tūm te moueat, qui aquam lactis, & pleraque
 alia sine detimento esse credit. Nam experi-
 mento res aliter esse deprenditur: ita serum
 calidum & ficcum, Galenus frigidum & hu-
 midum dixit, ille nullo cum damno, hic ve-
 riūs dupli numento. Itaque cōsultius fue-
 rit de simplicium natura Diocoridem, Ori-
 basium, Galenum, Serapionem, Rasimque
 intueri, cùm etiam Principi duntaxat hac in
 parte modica fides sit tribuenda.

I N T E R autem ea, quæ minimè ventrem
 soluunt, glycyrizæ ratio habenda. Primò est
 suavis gustu, vnicum doloris ventriculi sola-
 men, Zoar teste: renes purgat, sitim extin-
 guit, temperamento proxima est gutturi, &

*4. simpl. me.
dic. ca. 16.*

*1. theisir.
t. 13. c. 2.*

faucibus leniēdis præstantissima, famē tollit,
vt dicebat Dioscorides, sed & ipsa multiplici ratione damnanda est. Namque primō veluti
inuidente natura factum est, vt ab eradicatione paucissimis diebus seruari possit, ne noxā & cariem contrahat, qua nil in terrenis fructibus deterius censuit Cato lignis, radicibus, terra, lapidibus. Quidigitur tam præcoci senecta statui de ea potest, in qua iuuentæ initium marcidæ senectæ copulatur. At nec in pubertate innoxia est: tollit enim famem, Plinio dicente, Soluunt famem butyrum, glycyrriza, hippate: igitur nōne cam etiam, quæ opportuna est, toller? Nam butyrum ex eo generere est, quod etiam fastidium inducit: cuius ratio in promptu est. Nam quæ verè famem tollunt, nutriunt copiosè: at nulla radix impensè nutrit, Galenus citetur. Igitur non ex glycyrriza fames rectè amputabitur, sed fastidium potius inducetur: non tamen par ratios sedandæ fiet. Nam ea verè humido eius succo mitescit. Aliud etiam succurrit nocumentum. Nam ea si lignosa edatur substantia, reclamabit Galenus neque alimentum, nec medicamen bonum esse posse: si verò succus, aut decoctum, vnum quidem obstruit, aliud autem minimæ virtutis: multos enim eo pro potu perpetuo in podagra vsos fuisse vidi. Igitur non nisi ad faucium labores præstans erit, sed & in hoc ratio habenda est. Si enim man-

lib.3.cap.6.

ub.11.c.54

2.de alimēt.

O iij

206 DE SIMPL. MEDICAMENT.
 ditur, tantum abest à ventriculo viscus, ut nullo sit hoc modo sumpta pectori auxilio. Connumeratur enim inter causas incurabilis phthisis viarum longitudo, ut neque valida remedia per cibum potumque sumpta in causa pulmonis curandi sentiantur. Si vero masticetur, plurimum persæpe humoris ad fauces contrahit, quam vel soluat, aut cōcoquat. Quinimo medicorum commune præceptum est, eos, qui faucibus laborant, à masticatione abstinere debere. Patet igitur tantum in eccligmate sumendam, præsertim cum non multa in capite materia refederit, sed ad fauces actis, vel salsus humor descenderit, aut musculi laringe obliguerint. Hac enim in causa, Galeno docente, summum præsidium expertus sum eam esse inter simplicia.

C A M E M I L L A M haud solam vñquam vidi foris exhiberi: parum enim ut nocet, ita minimūm conducere solet. Extra oleum administratur: intus tamen tremorem eius, aliquando decoctum, nunquam succum vidi propinari. Tres insunt ei præcipua virtutes, doloris sedatio, maturatio & calcificatio sine attractione manifesta: attamen attrahit occulta attractione. Tertium est, quod confert omnibus visceribus sub peritoneo contentis: hoc tamē oleo eius præcipuum est. Itaque laudem hoc simplex obtinet inter omnia singularem. Verum nec omni noxa carere quicquā potest.

*3. de simpli-
cibus c. 9.*

Nam intus assumptum ventriculum deiicit & laxat: est etiam in potu abominabile, calefacit etiam cum subtilitate, ut augeat bilem &c.

O M N I V M igitur medicamentorum inno centius est serum, secundum manna, tertium rhabarbarum. Indiger serum præcipitatione & flatus disputatione: manna robore solutio nis. Est tamen & cibus: at rhabarbarū confir matione & subtiliatione, ac caloris remissio ne. Inter alia autem simplicia liquiritia, & camillo, nullum aut innocentius, aut pluriū iuuamentorum inuenies medicamen. Hæc igi tur de his dicta sufficiant. Reliquum est, ut aliam rationem inducamus utilitatis: venia enim omnibus simplicibus nocendi data, vel occasione sublata, sunt tamen composita sim plicibus præponenda, cum etiam æqualis fuerint virtutis: unde Auenzoar ipse, Medicina composita cum æqualis fortitudinis simplici comparata fuerit, fortius operatur, ac non solum in primis, sed & secundis ac tertiis virtutibus, cuius causam quinto colligit. Auerrois assignare nititur. Quod si ita est, quis sanè tam stupidæ mentis fuerit, qui compositam medicinam simplici non prætulerit? cum non solum innocentior, & suauior, sed ad tollen dos morbos præstantior fuerit.

E X T R E M A M igitur nobis superest partē diluendis obiectis impendere, ut citra discordaniam & animi trepidationem propositæ con-

O iiiij

1.theissi.tra.
Et.10.c.15.

cap.57.

clusioni acquiescere possimus. Illud sanè nos
lib. 3. cap. 5. meminisse operæ pretium est, cuius ab Horatiiano moniti fueramus, sic commodum medicinæ officium impendendum, ut cùm suscep-
tam causam curare ceperimus, alia non crea-
tur. In hoc quidem aliquorum etiam nūc me-
dicorum peccatum est, antiquitus verò fre-
quens & manifestum. In quo quidem Catonem tantum insanisse referunt, vt proprium
filium cremore caulium occiderit. In hoc etiā
peccato Plinium & Horatianum sui præcepti
immemorem fuisse palam est, quāquam quartus ille liber ad Euporistum potius fabellarū,
quām medicamentorum videatur. Scriboniū
etiam Largum in hoc errore fuisse comperio.
Nam longè distant valētissimum medicamen
esse, vel innoxium. Primum simplici non de-
esse palam est: secundum verò adesse impos-
sibile. Igitur si non solum recte & valide, sed
14. ingenij. & tutè, quod Galeni præceptum est, morbum
curare volueris, vel simplicibus emēdati, vel
compositis medicamentis cura procuranda
est. Quod enim simplicia ad curandos affec-
ctus validissima iaueniri possint, concedo.
Quod innoxia, nequaquam. Itaque gentianæ
vsum, vt mirabilem credo, ita solitarium non
solum insuaue valde, sed & noxiū puto. Li-
gno Indico non parua iniuria ventriculi ma-
net, vnde multos scio eo curatos secundum
ventriculum ab elephantiasi posterius longè

deterius, quam argenti viui inunctione habitos, maximè eos, quos secundum naturā prius frigida pituita exercebat. Eodem modo aquas thermarum, quoniam miscere non licet, non patua sequuntur nocumenta, ut quoddam hydrope occupatos earum potū vidētim: cùm tamen egregia sint iuuamenta, ab eorum usu abstinere non licet. Nemo sanè, quod nōcent, ignorat, verū iuuamenti magnitudo usui conciliat. Quamobrem sicut imperiti medici es- set in necessariis causis, ob aliquod detrimen- tum, earum usum effugere, ita imprudentis & male fortunati, in leuibus causis ipsas exhibe- re. Aquæ tamen Indici, ebeni, cinamomum adiicito: sic enim & velox operatio & fortior & mitior, & minus nocua erit. Nec tamen existimare conuenit, fortibus vñquam sa- natos morbis his, qui nunquam affecti fue- rint, pares esse. Sicut nec lignum, quod per se rectum natū est, ei qui multiplici flexione ad rectitudinem deductum est. Facit enim illa multiplex flexio, ut vires ac robur ligni, imò etiam compago ipsa aliquatenus soluan- tur. Tatuus igitur fuerit à morborum iuasio- ne se custodire, etiam quod certa sanitatis spes non desit, nec sanationis incommodum ad- numeretur. Quæ verò de thermarum aquis experimur, ea sunt non absimilia his, quæ ex aquis simplicibus quotidie fiunt iuuamentis. Ex acutis enim febribus plurimos sanauit solo

210 DE SIMPL. MEDIC. NOCVM.
aqua simplicis potu: non tamen negandum
ex interiore non pariter laedi, videturque hu-
ius necessarius usus magis, quam utilis. Rha-
barbari tamen recordatio, si Auerroi creditur,
plus omnibus medicamentis nobis negotium
indicit. Nam cum multorum medicamento-
rum vites egregias complectatur, non tamen
simplex medicamentum refert, sed compositum.
At quia non arte, sed natura compositum est,
ideo nec ipsum per se omnino innoxium est.
Deterius tamen nocumentum puto esse fici-
tatem immodicam, cetera tolerari possunt, &
si non laudari, nec in hoc naturam quispiam
accusat. Nam cum cottum & lanam, & ser-
icum nobis parauerit, non propter id venit ac-
cusanda, quod non vestes ipsas formauerit.
Nam res ipsas nobis natura constituit, modum
nequaquam, naturaeque opus est medicamina
parare, artis vero ad usum accommodare. Sic
liberalium Principum est dona populis con-
cedere, iustitiam administrare, non tamen ip-
sorum est singula cuique, sed magistratum
distribuere. Non enim diuinitatis aut nobili-
tatis est argumentum singularium curam ge-
rere, sed summae humanitatis, qualis in no-
stro Principe experimur. Hac enim virtute in
homine summae authoritatis nil praestantius
inueniri potest.

F I N I S.

H. CARDANI
MEDICI CELEBERRIMI,
DE METHODO MEDENDI,
Sectio tertia.

*De admirandis curationibus, & prædictiō-
nibus morborum.*

Prima Curatio de atra bile & lepra.

VN C librum in Catalogum
ceterorum nō solum ob par-
uitatem ascribere neglexi, sed
quod antea pars fuerit libri
de libris propriis. Nūc post-
quā eam tractationē ab illa se-
iunxi, visum est, ut breuiter, quae mihi in arte
contigerunt mira, enarrarem: Galeni exem-
plo, in libro de Prædictione ad Posthumum
fretus, imd̄ illum potius imitatus.

C V M ergo Mediolanum sub finem anni
1534. rediisse, inops & omnium egens, quod
me fortuna compulerat (neque enim solum
in collegium receptus non eram, sed etiam ab
illis oppugnabar, grauique omniū, Fato quo-
dam, inuidia laborabam: non amici, non res,
non affines: sed ab omnibus desertus, illum
Sinopensem Diogenem imitari, imd̄ potius
referre videbar) forte fortuna obtigit, quod
Cauenagus ad curam Principis accessitus, di-
mississet eos phratrios, qui Canonici vocan-

tur (sunt autem in eo genere monachorum, nam & Monachi à quibusdam appellantur nobilissimi) atque illi medicum quererent, Franciscusque Gadius tum templi collegio præpositus, quadam antiqua familiaritate mihi notus esset, suadente etiam Cauenago ipso, me pro collegij illius medico eligeret. Ipse autem loci antistes Gadius, tum iam biennio toto & atra bile morbo , & Græcorum lepra detinebatur : nec vllis auxiliis , quanquam à clarissimis viris curatus, leuari, nedum sanari potuerat: adeoque eum morbum molestè ferrebat, vt dicere solereret, malle se mori, quam tam grauiter affligi: hortabaturque me, vt etiā periculosa tentarem remedia, quandoquidem secura nihil profecissent. Verum felicior fui ego, quam illi expediret. Namque ptisanæ vsu assiduo, & carnium testudinū , leuissimis alioqui medicamentis, salis interdicta consuetudine, eum sex mensium spacio ita ab utraque affectione curauit, vt nūquam postea nec atra bilis ex mœrore animi, nec scabies ex mora sex annorū, quibus in Diomedea insula captiuus superuixit, redierint. Sed, vt dixi, expiebat illi vt potius Themison aliquis fuisse, quam Hippocrates . Septimo enim pōst, aut ad summum octauo anno , qui rex vocabatur apud suos, ab eisdem captus, misera multa primū passus , & sub terram viuus defossum, vt crimina fateretur , tandem in vinculis

in excuso atque edito loco animam redidit.

Curatio II. de antiquato vlcere cruris, cum aliis symptomatis.

DE INDE cùm in vrbe esset Branda Scotus, frater Octauiani illius amici nostri, & ipse mihi familiaris, deduxit me in viā Sozzæ numeratę. Vbi ingressus ad mulierē natā circiter annos triginta, quæ iā tredecim (vt ipsa referebat) annis super cathedra sedebat, quoniā vlcus in crure sinistro patiebatur, quod etiam tabefactum erat, atque debile adeò, vt nullo modo se sustinere posset. Eratque in ea tabes alia quædam totius corporis, & dolores per circuitus eam vexabant, vocabatur Martha Morta, quæ etiam nunc vivit; cùm iam exacti sint anni plusquam viginti, habitatque extra portam orientalem, nunc marito coniuncta. Eam curare aggressus, biennij spacio sanavi, atque in posterum ambulauit: nūncque crus elongatum est, non tamen adeò, vt non claudicet aliquantulum: peperitque filium, quamuis parum superuixerit. Dices, quomodo labrabat quadruplici morbo? corruptione, & retentione mensium, febre inordinata, qua etiam corpus siccabatur, contractione nervorum & vlcere. Menses prolicere tam inueterato affetu non potui: sanguinem, fumaria, & lupo salictario, & aqua lactis, victuque humidiore

214 DE C V R A T I O N I B V S
 meliorem effeci: vlcus ob id sponte sanatum
 est: neruum extendi in vntione pinguedinis
 asini, & foru vinaciarum. Sensim curaui repa-
 rate, quod longo temporis cursu corruptum
 fuit, aut vitiatum, aut tabefactum.

Curatio III. de melancholia & comitali morbo.

C A E S A R E M Palauicinum, aliūmque no-
 bilem ex oppido Gallarati, melancholia
 & comitali morbo alternatim, quorum unus
 iam quindecim diebus (cum febre, Palauici-
 nus altret iam sex mensibus, sed sine febre, ve-
 rū cum clamoribus) laborantes, & frustrā à
 medicis vexatos, somniferis lotionibus capi-
 tis, & solo potu pulueris chrisolithi ex vino,
 in octo dierum spacio sic liberaui, ut nunquā
 morbus redierit.

Curatio IIII. de tabe simplici.

E x tabe autem simplici innumeros sanavi:
 atque inter reliquos, filios duos fabri li-
 gnarij, qui apud portam Tonsam habitabat.
 Erat autem præter vietus moderatam ratio-
 nem, ex pane cocto cum seminibus peponum
 contusis, ac colatis, aut ptisana, cochleis, can-
 cris, testudinibus & potu vini albi, vnicum
 hoc præsidium: Sanguinem suillū, & cochleas
 purgatas, & ranas cum geminibus rubi in bal-
 neo Mariae destillabam, & aqua huius pro æ-
 tate quantitatem dabam, donec pingues effi-

cerentur. Sic etiam sanaui filium Iacobi Mat-
riæ Astolphi, tabellionis summæ fidei, amici-
que nostri.

Curatio v. de pthoe exquisita, & sanguinis sputo.

At verò ex pthoe exquisita non nisi unum seruasse me memini, Iulium Catium, institutore iunioris ætatis Principis Mantuae humanioribus literis:is perfectè sanatus est. Fuit autem cura longa & artificiosa. Et præter vi-ctus rationem humectantem & exquisitam, lutique Samij (quod nunc vocant Armenum) usum, aquæque destillatae per balneum ex foliis aristolochia & consolidatae seu symphyticū vinaciola & lichen, non satis memini an aliud addiderim præter rubi rosarūmque germina, aquas etiam calidas Veronensi ex agro Caldæræ vocatas exhibui. Ita seu diligentia, seu bona fortuna quadam & sua & mea usus, sanatus est. Nec ignoro nunc multa posse addi: aloes succum in destillatione, & galliopsis radices, & vulpis pulmones, & lutum armenū: quod & tunc addidimus.

V E R V M qui non curati sunt, sed diu pro-tracta sit vita, plures fuere: Donatus Lansa, Hieronymus Tiboldus, & Franciscus Sexius, aliquique multi: sed horum trium, quorum & miraculum & exitus idem fermè fuit, historiā narrare decreui. Donatus itaque Lansa pharmacopola erat è regione templi Scalæ,

vir probus, & musicus : & ob id Leoni Ogi-
no Musico , & qui me ea in arte instruxerat,
maximè notus. Cum hoc aliquando transibā
ante tabernam Lanzæ : atque ibidem paulu-
lum moratus cum Leone, verba forte fortunā
de cura Pthoes habebam: ille autem ex taber-
na cuncta (vt postmodum intellexi) obserua-
bat , quæ dicebam. Vbi sermonem absolu-
imus, rogat me vt paululum in taberna con-
quiesceré, auditurus quæ narraret. Ibi omnia
aperuit, & sanguinis sputum, & saniei, & fe-
briculam, & extenuationem: rogat, vt si quid
auxilij haberem , impertirer , haud ingratum
futurum beneficij accepti. Itaque copiose de
omnibus differens, adeò illum iuui, vt se sanū
apud omnes prædicaret : sputum tamen san-
ginnis non omnino cessauit. Hieronymus
verò Tiboldus mercator, ad tabem natus, ma-
cilentus & alatus iam pluribus mensibus ia-
cuerat in lecto, & pro deplorato habebatur,
quod saniem haud dubiè multam quotidie ex-
pueret , & consumptus esset totus , nec carti-
lagines integræ illi erant. Sed & hic reuixit,
& impinguatus est, filiamque ex vxore suscep-
pit. Sextius autem , cùm illi iam duo fratres
ex eodem morbo periissent, ad extremum cō-
sumptionis deductus erat : sed hunc non po-
tui efficere vñquam , vt febris putrida relin-
queret. Quamobrem vix tribus annis super-
uixit, & morbi viabsumptus est demum: reli-
qui

qui longiore tempore, & non sine causa obierit. Lanza enim post quadriennium, dum praetoris familiam effugit, e fenestra saltu se deiecit. Inde diu latuit in piscina: vnde cum nec sic nisi iam diu à febre correptus, sibi prospexisset, quadriennio post obiit. Tiboldus autem totus è pluvia madidus, noctem in alea consumpsit, vnde cum febri correptus esset, nec ego adessem, diu atque diu conflictatus, ac frustra nostrum implorans auxilium, qui tum Papiae degebam, quinquennio postquam relevatus erat, periiit. Verum dices: Quibusnam remediis leuati sunt? Hisdem, quibus Catius sanatus est.

Sed à sanguinis sputo, antequam prorsus tabescerent, multos curavi ac liberaui: Ambrosium Seronum, militem strenuum, cui haud dubiè vas in pulmone ex destillatione iam quatrūdū disruptum erat: Aloysium quoque Pusaniū, tum adolescentem, qui etiam nunc viuit: & Cæfarem Bozium, cuius duo fratres proximis antè diebus eodem morbo absunti fuerant. Cura fuit, qualis à Galeno describitur in Quinto Attis curatiuæ: hoc vno addito, quod super renes linteæ madefacta in succo plantaginis imponebam. Quo etiam auxilio curavi Ambrosium Castanum, virum prope septuagenarium, qui libras sanguinis supra decem euomuerat: nuncque etiam, cum multi anni interiecti sint, viuit.

H. CARD.

P

218 D E C V R A T I O N I B V S
*Curatio viii. de Phthoe febre, tussi, sputo puris,
 & spirandi difficultate.*

S A N A V I & neptem adolescentulam à Pó. Stificis libellis, Datarium vocant, Francisci Alciati, postquam velut phthoe pessima laborantem ipse ego pro deplorata reliqueram. Aderat febris vehemens, spirandi difficultas, maxima tussis, puris sputum copiosum. Itaque cum cætera præsidia non valerent, iussi ut solla ptisana pro cibo vteretur, aquaque cum saccharo confecta: acciperet autem singulo mane vncias quatuor decocti caudarum & chelatū cacrorum in aqua hordei, cum drachinis duabus sacchari: conualuitque perfectè, & sanata est. Hoc eodem auxilio multos admodum curauit, qui integræ sanitati restituti sunt. Erat autē illa, filia vnius qui ex phthoe vera obierat.

Curatio ix. de Empyemate.

E x pessimo autem empymate, à medicis egregiis derelictum iuuenem, Adrianum Belgam, optimorum morum. Nam neminem illo gratiorē expertus sum. Erat autem à libellis Don. Alfonsi Pezoni, regij quæstoris. Hunc itaque febre, tussi afsidua, sputo faniei, difficultate spirandi laborantem, miris modis curare aggressus sum anno abhinc quarto: coaetusque sum sanguinem mittere, quod magis periculum, quam etiam morbum vereret. Inde testudinum vsu, & syrupo etiā ex illis con-

fecto, exquisitaque victus ratione (in qua alij medici non obseruanda peccauerant, carnes & oua concedentes) tandem eum liberaui sic, vt vxorem duxerit, & nunc etiam sanus, mei memor viuat. Vsus autem sum in eo destillatis aquis, cuiusmodi supra docui: tum decocto ligni Indi, cum humectantibus & expectorantibus, melle siquidem, altheæ & symphyti radice, scabiosa, glyziriza, foliisque longæ aristochiaæ.

Curatio x. de summa tabe cum fluxu ventris.

QUAE verò contigerint in hoc generè morbi in filiis Laurentij Gadij, tempus est ut exponam. Hic tabellio est. Contigit autem anno, nî fallor, 1546. vt duo filij morrerentur ex simili fermè morbo. Ad tertium autem adolescentulum vocatus, qui & ipse eodem morbo laborare videbatur iudicio partem & domesticorum, cùm iam fluxu ventris & tussi & summa tabe detinieretur, iudicauit celetimè moriturū. Itaque cùm alij quatuor filij & ipsi eodem morbo detineri videbentur, territus pater, quasi de veneno suspicabatur. At ego verecundè petij, vt cùm mortuus esset, qui iam grauiter laborabat, licet corpus dissecare, vt aliis prospiceretur. Annuit pater, dissecuimusque. Sed hac in cura & actione aderat Franciscus Peregus medicus. Peracta est res: inueni in iecore pustulas sicut

p ii

ciceris grana, candida, rotunda: in pulmone quoque alias, & partem oblongam liuidam atque fuscari. Ex quibus coniectura affecuti sumus, non esse venenam, curæque modum. Itaque hac ratione seruatisunt omnes, qui superstites etant filij, & nunc etiam viuunt. Curatio autem fuit cum refrigerantibus & humectantibus, & vnu sacchari rolacei assiduo.

Curatio x i. de destillatione & febre continua.

In simili casu fuit filius legati Reguli Mantria, puerulus decem circiter annorum: cui olim confracta caluaria, magnaque parte ossis capitis extracta, destillatio & febris continua adeo vrgebant illum, ut ego (quod esset illustris virti filius) iusserim primos civitatis medicos aduocari. Qui vbi superuenerunt, nullam spei superesse concludebant. Itaque hoc videns, & solus in cura relictus, nouam curandi rationem iniri cœpi: & humido victa imperato, ab ovis & carne abstinens, mēlque destillans, ac rōrem Syriacum (quoniam & illud adiectum erat incommodi, vt medicamenta omnia respueret) 40. dierum spacio illum plenē sanauit.

Curatio x ii. de morbo Gallico, heclica, duplice tertiana, & aliis.

VIRVM quoque illustrem Franciscum Inaram Hispanum, præfectum stipendiis bel-

licarum machinarum, qui iam quinquennio
perpetuo, magno patientiae exemplo non so-
lum morbum Indum pertulerat, sed à diuersis
medicis excarnificatus, & pecunia magna spo-
liatus (referunt enim, supra mille aureos cōro-
natos in medicos consumpsisse) nihil iam re-
liqui habebat. Erat enim hecticus, dupli ci-
tiana laborabat, vlcera in capite serpētia &
insanabilia: nec ossa detraxisse profuerat. Vir-
gil, tabefactus totus, ac cum gipseis tuberibus
in cruribus variis doloribus conflectatus, ni-
hilominus unico præsidio vini Indici ligni,
diebus in octuaginta, in quibus totidem acce-
pi coronatos, planè plenique libertari, restitu-
ta carne, colore, vitibus, ut postea plures suscep-
perit filios, & nunc beatus viuat. Porro Indi-
vini descriptio hæc fuit: Vinaciola optima, cor-
tex eius ligni in puluerem redactus, cinamo-
num nostrum, garyophyli, lachryma abietis
lota, rosmarinus, salvia, S. sampuci, thlaspi, bu-
glossa, borago, melissa, radix ænulae, starchas,
betonica, camephythys, santhalum, sulphur no-
expertū ignem, sena, cyclamen, colocynthis,
caphura, mel, serapium è sumaria, modò è suc-
co, modò ex infuso cum rōte, thus, elleborus,
cardamomum maius, piper, eupatorium, xi-
loaloes. Prandebat passam vuam edens, cœ-
nabat comedens elixum pullum & panem in
iure intinctū, sumebat tū vias passas. Verum
hæc multò post, scilicet post redditū è Scotia.

P iiij

Ad temporis ordinem reuertor. Cum in multos sola spirandi difficultate laborantes incidisse, omnes quidem sanari, sed paucissimi permanserunt in ea sanitatem. Verum ubi reciderunt, mortui sunt. Inter quos fuere Jacobus Zampana sacerdos, & Prothasius Roellus. Hi cum primùm ex eo morbo eò peruenissent, ut iam pollinctores & funus pararentur, reuixerunt, & plenè curati sunt. Sed Prothasius Roellus, cum fessus & inflammatus ab exercitio, in templo Diuo Laurentio dicato diu quieuisset (est autem frigidissimum, etiam aestate media) correptus à febre, non potuit à me liberari: sed pulmonibus totis putrefactis, & per sputum reiectis, perii brevi. Zampana prandebat hora decima octava: & cum bene perpotaret, ante vesperam cenabat, cum tamen sexagesimum excessisset annum. Ob id denuò reuertente morbo, nō potuit amplius curari. Oportebat ergo per annum huiusmodi homines à morbis adeò seuis liberatos, vi etiū conualecentium regere, & sub arcta regula continere, tū maximè quod senes essent. Indicio est, quod Elisabetta Pagnana patricia, ex diuturna spirandi difficultate à me sanata, nunquam recidit. Curaui autem illos, victu tenui, vsu mellis, & decocto ligni, cum his quae cum lenitate quadam siccant: velut isopo, thymoque: nec brassicam in cibis abhorrem,

Clauenzanus autem adolescens, nomine Iacobus, qui iam per septem annos spirandi difficultate laborabat, frequentibus & longis saevisque accessionibus, desperatus ab aliis medicis, à me in duobus mensibus plenè sanatus est, factusque pinguis: sed alia ratione. Dropace enim Pauli ad coxendicum dolores, addito melle anacardi, superimposito suturæ corona, vna die fermè libras duas aquæ detraxi. Inde sequentibus diebus idem actum est, sed non tanta defluxit aqua: sicque liberatus est. Existimo cantharidas idem posse, quod anacardi mel & euforbium etiam. Miscebam etiā elaterij granum unum vnciis tribus lactis, iubebámque eo tanquam errhino vti: & conduxit multum. Atque hæc omnia prius præpurgato corpore, cum catapotiis, siccatoq; victu tenui, sed humido tamen, parumque alente, tum decocto Indici ligni pro potu exhibito. Periit hic iuuenis aliquot post annis, licet ab eo morbo prorsus liber, ex acuta febre. Existimo eum indiguisse victus ratione certa, & exercitatione diuturna, in libero aëre, quod cerebrum ab immodica intemperie liberatum, non bene ferret tantam mutationem: tum maximè, quod (vt dixi) iam diu ea detentus fuerat. Qua etiam ex causa Octavianus Robia, à Senatus libellis, ab Indica lue ad mortem oppressus, cū summis vigiliis & tabe ultima maceratus, à cibis abhorrens, & febre putrida la-

P iiiij

borans, quamuis semel liberatus, quod à libe-
ratioñe immodecē se fructibus horatiis reple-
uisset, quamuis ob iuuenturem non perierit,
diu tamen conflictatus est: & recidit in eosdē
ferè morbos, licet non adeò fæuos. Alij verò,
qui à lue Indica à me liberati sunt, sine num-
ero sunt, & quotquot penè voluerunt liberari:
quod illos diligentius monuisse, in sanitate
recuperata permanserunt.

Curatio xiiii. de renum calculo.

DO N A T O autem Lanzæ erat patuelis
Simon Lanza, qui cùm iam duobus pe-
nè mensibus renum calculo laboraret, irritis
auxiliis, iussi ut inuncta manu cum oleo lilia-
ceo, quis secundum vreteras eam deduceret,
appositis etiam cucurbitulis supra natem late-
ris doloris: intráque tres horas lapidem satis
magnum, ut postmodum apparuit, detrusit in
vesicam. Sequenti die, vino è radice graminis
epoto (quod etiā in antistite Phratrium cano-
nicorum, & Hieron. Gorla mercatore panno-
rem profuit) lapidem eiecit, & liberatus est.
Idem anno sequenti frigidus totus cùm esset,
& sine pulsu, ex assumptione catapotorum
perpetuā à medico magni tam nominis, sed sa-
tis imperto assumptorum, rursus ad viram
restitutus est, juribus pallorū, abstinentia ab
omni cibo, clysteriis levibus pinguibuscque,
& calefactione extremitatum.

LABORABAT itaque multum Donatus Lanza, & beneficio proprio, & experimētis in agnatum suum atque alios, vt nomen meum omnibus innotesceret, & vt in ciuitate inclarescerem. Itaque cūm relicta taberna pharmacorum in domum Francisci Sfondrati se cōtulisset, qui vir & senator erat, & secretioris cōsilij, & multis nominibus dignus: fortunā cōtigit vt per eosdem dies puellus, ni fallor, septendecim natus menses, febre ægrotaret. Aderat autem Lucas Cruceius, famosus medicus: dixeratque non esse periculum. Decimo tertio die superueniente, comitiali morbo subito correptus est. Aduocatur alius celebris medicus: hæret, & meritò. Nam in decretorio die adiuerat, & à febre, eratque admodum validus affectus. Tum Donatus persuadet patri, vti me aduocet. Ille vt videbat periculi magnitudinem simul, & alterū medicorum deceptum, alcetum harere, misit statim ad me: non inueniunt. Paulò pōst bona quādam fortuna rediens domum, intelligo me vocari. Accedo illoco, nō solū quod virtutis illustris esset Sfondratus, sed quod etiam de me bēne meritus. Ibi inuenio medicos: respicio puerulum, animaduerto contortum collum retro habere. Dico coram omnibus, labore alio morbo, etiam grauiore, quam comitiali. Quærunt quo? respondeo, Opisthotono:

226 DE CVRATIONIBVS

no. Ad vocem insolitam omnes silent, coniuncti in me oculos. Tum Crucis exposuit, quid hoc nomine significetur: deinde rogarunt, quare id dixerim. Tum ego puerulum attolli iubeo: vident retortum collum retro velut arcum, nec hoc contentus, admoneo ut conetur dirigere: nihil proficitur. Tum Crucifixus, ut erat vir minimè malus, seu numine impellente, inquit: Ecce non est similis Hieronymo in dignoscendis morbis. Ad hæc verba obstupuerunt omnes, ut qui scirent quanta apud medicos laborarem inuidia. Tum pater: Estne modo auxilium huic morbo? siluerunt socij. At ego, ne gloriam partam scientia artis, fortunæ arbitrio committerem, respondeo: me tentaturum omnia, nihil posse polliceri, quod morbus natura lethalis esset. Medici reliqui coniiciunt totum onus in me, ne si puer interiisset, quod scirent notum omnibus esse quam mihi aduersarentur, ego in illos culam reiicerem, postquam iam persuasum esset astantibus me solum, morbum agnouisse. Hac igitur in parte fortunam propitiam habui, famauique puerum, & satis breui: qui nunc à dignitatis cuiusdam nomine Baro vocatur. Itaque ex ea hora tantum gloriæ mihi acreuit, ut si vel integro anno Sfondratus Mediolani mansisset, omnes ciues ad me confluxissent, atque ita breui primum locum inter medicos nostræ vrbis obtinuisse. Sed Deus qui me

ad maius munus vocauerat, effecit, vt nondū expleto bimestri spacio Sfondratus abierit: & interim etiam mortuus est Donatus Lanza. Tantum tamen mihi profuit hoc factum, vt nunquam deinceps coactus fuerim cogitare de moderando expensas, sed ut pro earum magnitudine labore m̄ augere vellem. Quæris, quomodo sanauerim tribus auxiliis? Breuiter dicam: abstinentia à carnibus, vino, & ouis: linteis in oleo camemelino & liliaceo perpetuo impositis ceruici, partibusque, que contrahabantur: & medicamento, quod constabat ex Mithridato, & triplo sacchari rosa-cci, & electuario de moscho, tum margaritis, Hyacinthis, Smaragdisque orientalibus. Id quadam bona fortuna apud me compositum erat. Miscebatur serapium, ex citri seu malii medici succo.

Curatio x vi. de articulorum morbis.

Ex arthritide autem & articulorum morbis primum Io. Antonium Scazosum, Io. Baptista Mareschalcum à Senatus libellis, & filiam Io. Angeli Litrati, tum alias innumeros. Sed iuuat horum trium insigniorum curam narrare. Laborabat ergo Io. Antonius Scazosus bienniò arthritide, nil proficientibus medicis. Quem ego exhibitione decocti ex ligno cum betonica, & catapotiis ex hermodactylis, curavi. At Io. Baptista Mareschalcus qua-

tuor iam mensibus (eratque mensis ille, quo curare aggressus sum illum, Decembris) conflictabatur, præterea duabus febribus: una intermitte, altera continua: & quod omniū deterrimum fuit, cibum omnem auersabatur: & fermè immobilis cùm esset, meritò à medico suo vel pro insanabili habebatur: vel expectandum ver ad curā cōtendebat, ob idque dissidebam. Ego enim non existimauit hoc faciendum, quandoquidem affectæ particulæ in dies sicut imbecilliores. Neque enī in humano corpore quicquam quiescit: sed si non in melius proficiant, necesse ut in deterius prolabantur. Itaque colocynthidam in melle coxi puro: mel autem odoratis mistum, velut offam deuorandam dedi: decoctumque interim ligni ex aqua propinans, ante finem hysmis perfectè sanauit, ut nunquā postea in eum morbum reciderit, & adhuc viuit. Filia autem Angeli Linati iam biennio experta non solum omnes medicos, sed etiam circulatores, sumpserat vinum, aquam, vunctiones & suffumigia excinnabari facticio, nec sanari poterat. Dolebant ei crura, ac tremore vexabatur ita, ut totas noctes vigil persæpè duceret, absque spe ut par erat, tot frustra tentatis potentissimis auxiliis. Itaque exhibito vino cum optimo cortice, carandam interim particulam ipsam suscepit: excogitatōque præsidio, quod & causæ morbi & morbo aduersaretur, ipsum

confirmaret membrum, lachrymæ ligni magnam quantitatem excipi iussi: qua cum thure, ligno aloes, semine balsaminæ, styrace odorata, cortice citrij mistis, & sepe cruribus eo suffumugio calefactis (aderat & lapis gaganus copiosus) sanata est perfectè, conualuitque. Liberaui etiam Petrum Antonium Besutum, iuxta ædem sacram Bteram, non procul à Porta beatrice laborantem arthritide, eisdem penè auxiliis, quibus etiam Scazolum, cum hi à medico suo omnibus in deterius labentibus destitutus esset.

Curatio xvi. de Sciaæ morbo.

Ex Sciaæ morbo, quem inexpugnabilem esse putant, multos liberaui, imò præter Ælū, quotquot in manus meas venerunt: atque inter reliquos, vxorem Hannibalim Crucis, à Senatus libellis, amici nostri, virti præterea eruditis, iacentem cum doloribus intolerandis, & ea parte, qua coxendix afficiebatur, etiam immobilem iam per quatuor menses. Tum mihi tempus anni æstiuum fuit. Aquam igitur ligni, multo admisto agarico, & multa radice pytiusæ, cum gingibere, cinamomo, cardamomo, maiore pyretro, santhalisque citrini, saluia & rore marino exhibens: cum moderata, non exquisitissima victus ratione, quam ferre non posuisset ob morbi longitudinem. Demum, cum ex his coxendix non le-

230 D E C V R A T I O N I B V S
uaretur, dropace Pauli imposito, perfectè ea
paucis in diebus liberaui.

*Curatio x v i i i. de omnium membrorum
contractione.*

Q uod verò contigit de Gaspare Roulla
(vix enim aliter scribi rectè potest, vt
profertur) caprone trium tibicinum
erigione arcis nostræ Mediolani, adeò mira-
culo proximum visum est omnibus, vt multi
ad hunc visendum accurrerent. Nam nulla vi
humana sanari posse videbatur, antequā per
nos sanatus sit. Sed libet narrare historiam. Ja-
cebat iam per annum integrum contractus in
lecto, sed supremis quinque illius anni mensi-
bus totus immobilis, non pedem, non caput
aut brachiū mouere poterat, neque aliud quic
quam. Præter dolorem enim ingentem, mem-
bra, vt lapis, rigida obduruerant. Et erat media
hyems. Constat hunc à me intra quadraginta
dies plenè sanatum, non admiratione, sed stu-
pore maximo eorum qui illum viderunt. Alij
enim sideratum, alijs percussum divina ira, alijs
resolutum, alijs dæmone correptum dicebant,
ita vt non deessent supplicationes & execra-
tiones. Hunc itaque ita curauimus. Abstinui-
mus ab omnibusunctionibus, quorum vsu
maxime, non rectè præpurgato corpore, in
tantam morbi magnitudinem deuenerat. Mi-
simus ter sanguinem, quamuis maxima cum

difficultate, quòd brachia contracta essent, nec possent extendi. Induruerat enim, ut dixi, velut saxum aut lignum, torus ceruix, crura, dorsum & brachia. Sed & dum curarem, sæpius de salute desperauit, adeò ut à cura me desistere vellet. Primis enim vigintiquinque diebus non alleuatus est vel minimum. Sanus autem est cura Mareschalci: sed, ut dixi, termissò sanguine, non solum ob morbi magnitudinem, sed etiam quòd ex vita ratione & ipso morbo coniectarer, totam sanguinis congetiem corruptam esse. Nec fecellit me villa ex parte de hac re iudicium factum. Siquidem totus qui exiit sanguis, putridus erat. Remansit tanti mali vestigium, collum obtortum: & nunc Alexandriae etiam (ut audio) cauponam exercet.

Curatio xix. de Podagra.

VINETIAM ex podagra & Franciscū Tagainum sacerdotem, amicum meum, quandiu vixit (vixit autem senex) & meipsum, & alios omnes quotquot parere cōfiliis meis voluerunt, in perpetuum nullo negocio seruavi incolumes. Ea autem fuit ratio, ut manè solum olus aliquid aut mel cum pane ederent, exercearentur ieconi, & aluum mollem haberent: summoque studio vitarent, ne absque fame, aut cū cruditate, aut naufragabundi cibum sumerent, vterenturque vino albo.

Medicamentum nostrum ad præseruandum
recipit cuperosam, semen bassamine, asphaltū
Iudaicum, & xiloaloen, aut cinamomum.

Curatio x. de Cacitate.

SE D & cæcitatem in non paucis sanavi,
non dum tamen confirmata m, ac præci-
pue in illustri antifite Boniomeo: quem cum
non tam morbus, quam medici excæssent,
curates oculum, qui nullo morbo laborabat,
purgantésque iam debilitatum, eodem pro-
cesserunt, ut non solùm non sanauerint, sed
in deteriorius deduxerint hominem. Erant au-
tem eius temporis primarij omnes: sed in me-
dendo patium, ut etiam reliqui, prospicientes.
Forsitan id mirum videri potest: at non est. Nam
difficillimum est in regno humano plutinum
habere authoritatis, & in natura regno mul-
tum posse. Et rursus impossibile prorsus, in
humano atque divino. Non eadem placent
Deo, quæ hominibus, nec quæ hominibus ad-
uersantur, deo rursus grata sunt. In eodem e-
nīl... genere sunt & quæ placent, & quibus ho-
mines offendimus. Conspiraciones, doli, iniu-
riæ, authoribus ac sociis malorum placent, Deo
displacent: his qui vexantur, & patiuntur. De-
liciae autem, inertia, luxus, nobis placent, Deo
displacent, & si non offendantur homines. Ve-
rū modum, quo sanauerim, seu potius iuu-
rim, nunc dicam. Iussi ut abstineret à medica-
mentis

mentis omnibus purgantibus, ut vteretur fœniculo & euphragia, conspicilia etiam perpetuò gereret. A quibus dum ferret, ita leuabatur, ut sine impedimento interim cerneret: sed & in posterum absq; illis melius videbat. Hic postmodum fungis malis deuoratis, cum ego non adessem, periit. Leonem Ogonum, cum diu conflictatus esset oculorum morbo, medicamento ad parotidas ex cantharidibus apposito, statim multa aqua defluente liberauiimus. Indicium curæ fuit, aliis præsidiis non potuisse sanari. A cæcitate etiam, ligni Indi decocto, eruditioñis non vulgaris amicum vindicauimus, Io. Antonium Comitem, cum aliquot mensibus parùm aut nihil videret.

*Curatio xxi. de febre singultuosa, &
de continua.*

SED & eundem Ogonum anno præterito ex febre singultuosa, quam aliâs tantum semel videram, sanavi, dum iam excederet annum octuagesimum. Exhibui absinthium, & oleum amygdalinum, & oxymel assidue. Extra verò absinthij succum, cum oleo amygdalino dulci. Existimavi, ut par erat, membra esse sicca: manum, quæ in illis continebatur, lentam. Alius item seruatus est, quem vidisse dixi: sed ille iuuenis erat: ut quod maximum esse antea putaueram, non esset formidandum. Verum multum interest,

H. CARD.

Q

234 DE C V R A T I O N I B U S
quod singultus cum febre vel antea adueniat,
vel post Agnetem quoque Claudij Galli (qui
solus ex ea gente in nostra ciuitate mercator
superest) iam nouem mensibus continua fe-
bre laborat, postquam extremam sumpsi-
setunctionem, sanauit: quanquam saepe vir suus,
Vale, mihi diceret, non posse id fieri ratus. Ha-
bitabat tum in via, quae a templo magno ducit
ad Bouleuterium vetus, & nunc quoque ta-
bernam mercium ibi habet. Simili miraculo
sanauit Iuliam Rotoram, vxorem Io. Baptiste
mercatoris insignis, laborantem febre conti-
nua cum tumore & dolore in hypochondrio
dextro: tulsi quoque & spirandi difficultate a-
deo magnis & assiduis & confirmatis, ut vix
vno aut duobus diebus superesse posse existi-
maretur. Ergo dieta exquisita robustior facta,
& rursus missa sanguine, & ubi remisit febris,
decocto propinato ex ligno Indico, conualuit,
& nunc etiam viuit: quam tamen repetetibus
febribus, vix post triennium incolumen præ-
stisti.

Curatio xxii. de Vertigine.

CLEMENTEM pocillatorum illustris Prin-
cipis Bentiuolae iam non audentem pro-
gredi ob vertiginem seuam, qua incertis ho-
ris, sed assidue corripiebatur, aqua decocta
cum ligno Indico, & corticis eiusdem dimi-
dio, tum agarico, stoechade, salvia: betonica, sc.

ſeli, ſemine leuisticō, roſmarinōq; ſanaui. Nec in posterū eiusmodi ſympotmate correptus eſt. Reddidiſit hic mihi gratias ingentes. Dolorem capitis quoque annorum vigintiſeptem, in Francisco de Puteis, ſacerdote D. Nazarij, mitigauit: cū alij nō potuiffent. Plurimū valuit, à pinguibus omnibus, & validis ab Hippocrate nutrimentis vocatis, abſtinuisse.

Curatio xxi. de febre & Catalepsi.

MARTIANO mercatori duo filij agrotabant, quorum natu maior annos natuſ(ni fallor) octo, post delyrium, ſenſum & vocem amifiti: aderatque febris & vrina aquofa, & vires imbecilles. Minor natu eò tendebat, ſed nondū tanta morbi magnitudine correptus erat: nam natu maior iam decem dies in amentia degerat. Intellexi abſceſſum eſſe in capite ex genere catalepsis, cùm detinentur ſenſus atque motus, proximo affectu ſideratorum. Verūm utrūque ſanaui: facile quidem, vt par erat, natu minorem, diſſiculter autem maiorem. Summa curationis, quandoquidem aliter parūm proficere poteram, in cucurbitularum ſine ſanguinis detractione aſſiduo uſu fuit, & ciborum abſtentia ac ſomno: cùm alij pefſimo argumento & nutrient abunde, & vigilias imperarent, Galenum & Auicenniam de grauis ſoporis cura perperam interpretantes.

Q. ii

236 DE CVRATIONIBVS
*Curatio XXIIII.de Quartana
 duplice.*

AQVARTANA etiam non paucos, sed inter alios filium Bartholomei Cressi Pistoriensis ciuis, cum iam septem mensibus, eaque duplice detineretur, incredibili celeritate: ut etiam vxorem eius, matremque, quartana laborantes, ex diarrhoea totidem mesium: ambo enim in lecto iacebant. Cura fuit, vomitibus, abstinentia cibi in diebus accessionis, purgatione cum pharmaco Amechio, inunctione dorsi hora frigoris ex oleo de scorpionibus, & pinguedine anseris, & getiana succo. Alios verò curauit succo radicum verbasci, in potu dato.

Curatio XXV.de vteri antiquis doloribus.

Ex vteri antiquis doloribus curaui vxorem Pharmacopolea trium regum: quæ postmodum erga me tanti beneficij memor, semper grata fuit. Viuit adhuc, cum iam à curatione anni circiter vigintiquinque præterierint. Summa curæ fuit, purgato corpore cum his catapotiis. Recipe corticum cassiae nigre, cassiae odoratae, cinamomi, corticum citri, betonicae, radicum pytyusae, zedoariae, galangae, & tryferae magnæ appellatae. Inungebam locum assidue ex oleo de lino, liliaceo que: atque ita conualuit.

Curatio xxvi. de inexpugnabili dolore præcordiorum.

DOLOREM diuturnum inexpugnabilem circa præcordium dextrum, cum vomitu biliosorum & crudorum, à Cauengago & Candiano tum celebribus medicis frustra tentatum, in Octauiano Mariano patricio viro, redeunt emque per circuitus, ego solus tandem curaui: sed maximè prandij consuetudine sublata: inde missò sanguine, purgato corpore, decocto que ligni sancti exhibito. Sed vix intra duorum annorum, ni fallor, spaciū (cùm morbus ipse sàpe iam abiisse, & hominem reliquissè visus, rediret) iniunxi &c, ut à crudis abstineret, & puluinaribus vetriculum & præcordia foueret.

Curatio xxvii. de urinæ profluvio & sanguinis mixtu.

PO R R O ex urinæ profluvio primùm me ipsum, & filiam Paluicinæ adolescentem, & quotquot in manus venerunt curaui, cùm in aliorum manibus omnes perierint, quamvis primarij medici illi existimarentur. Cùm verò quendam coram aliquibus illorum una fermè die sanasseim, qui iam penè per mensem curatus non solum nihil profecerat, sed penè interierat, admirabantur: cùm tamen res non esset admiratione digna. Abstinebam

Q. iij

238 DE CVRATIOnIBVS
à purgantibus medicamentis, illi dabant: ab-
stinebam à pinguibus, illi ad eorum usum hor-
tabantur: dabam vinas passas, admittebant:
lentes nō admittebant, nisi inuiti: calidis vte-
bar, illi frigidis: renibus abstingentia impo-
nebam, illi verebantur ne cōclusa vi, aqua re-
dundaret ad viscera principaliora. Plumam
detrahebam, huius non meminerant. Lauabā
sæpè pedes, & hoc negligebant. Vinum dabā
album, id iure non conuenire dicunt. Prohi-
bebam à cibo exercitationem, somnum iniun-
gebā. Hec duo solūm cū illis fuere cōmunia
præcepta. Cæterūm post hæc inueni, ad hu-
iustmodi affectum auxilium præstantissimum,
quod in librum de Secretis retuli. Liberaui &
Antonium de Caio, in domo Io. Antonij Ma-
ioragij, laborantem ex casu ab equo sanguini-
nis mictu. Hoc non inter admiranda recen-
se, cūm morbus etiam ab alio sanari forsan
potuisset, quamuis magnus, sed ob auxilij uti-
litatem: succo enim radicis eius, quem raua-
nellum vocat, illum paucis admōdum diebus
curaui.

*Curatio xxi. de dolore capitis cum
tufsi & difficultate spirandi.*

IAM verò quæ contigerūt in Io. Paulo Ne-
grolo, mercatore non vulgaris nominis,
quæque toti vrbi nota suā, tempus est ut cō-
memorem. Tanta enim fuit res, ut plerique

obstupuerint, omnibus vero maledicis perpetuum silentium sit impositum. Pertransibo autem breuissime rem omnibus notam, ut posteri eam sciant. Laborabat igitur hic capit is dolore grauiissimo, cum tufsi & difficultate spirandi, iam biennio: & vt erat liberalis admodum & ingenui animi, tres medicos, primos ciuitatis absque dubio, aduocauerat: cumque illi curando nihil profecissent, in eam opinionem (vt audio, idque etiam ab uno eorum accepi) deuenerunt, vt esset phthisicus, & omnino insanabilis. Spe igitur omni destitutus, ad me venit: rogat vt opem afferam. Fuit dies illa Louis: iubeo, vt sequenti mane operiatur in lecto. Eo ad illum: omnibus bene pensitatis, pronuncio ipsum sanandum, facturumque vt die Mercurij sequente intelligat se posse sanari. Describo igitur quædam in rem facientia. Sequente die admonet eum pharmacopola Castellinus, vt desistat: tamen calida enim esse medicamenta quæ scripsi, vt si eis vtatur, vitæ periculum subeat. Quo consilio id egerit, tibi estimadum relinquo. Die dominico, cum diu sortem suam laguens defleuisset, decreuissetque abstinere his auxiliis, nec amplius fidere consilio meo: admoneor ab Ambroso Serono, quem postea (vt superius dixi) ex homoptoi curaui. Accedo ad ægrum: post multa impetro, vt pharmacopola vocetur: aduenit. Interrogo, quænam sint illa medicamenta calida?

Q. iiiij

Tandem, ut breui rem peragā, fatetur se igno-
rare singula medicamenta cuius naturæ sint:
hōcque pertinere potius ad me, quod etiam
verum erat. Itaque conuictus propria confes-
sione, accersitur alias pharmacopola. Quid
plura? die Mercurij accedo ad illum, lātum in-
uenio. Proh superi, inquit, vera pollicitus es:
quomodo tam celebres medicos tāndiu latē-
re hic morbus potuit? tum ego, Non latuisse
puto, inquam, sed quisque iudicio suo vtitur
in medendo. Hinc sit, ut ego in te fortunatior
sim, alias in alio. Ut verò rem paucis peragā,
intra vigintiduos dies perfectè sanatus est.
Queris modum? Idem fermè, quo Inara sana-
tus est. Purgaui illum catapotis Galeni, ad ca-
tarthrum, quinto Methodi: inde ligni Indici
decocto, cum colocynthida & aromatibus:
detraxique prandium, solum panem bellaria-
que concedens.

*Curatio x x i x. de hecticā, arthritide, tabe, hy-
dropisi & vlcere perforante vesicam.*

Post hēc vocatus ad affinem suum Nico-
laum Siccum, hecticum, arthriticum, tabe-
factum morbo regio, aqua intercute, & resolu-
tione laborantem, non curauī: sed ita leua-
ui, ut iam omnibus, præterquam mihi ipsi, sa-
nus videretur. Si voluisset de vita curare, vine-
re potuisset. Superuixit quinque annis. Fuit

mistum curandi genus, in multipliciti morbo.
Iuuit decoctum Cynæ radicis, plus aliis auxiliis. Sed & Cæsarem Barbaram, patricium virum, duobus annis in vita retinuimus, quamquam vlcere vesicam perforatam haberet. Hic tamen nunquam sani viri munia obire interim potuit: sed ei facultas, alteri voluntas, ad recuperandam integrum valetudinem defuit. Multa mihi præter hæc præclara auxilia fuerunt ad cordis palpitationem, quo me à nativo morbo, alios quoque plures vel una die in perpetuum sanavi. Et ad virginem, flagrantiamque vrinæ: quæ nunc commemorare non est necessarium, quod secreta sint.

Curatio x x. de hecticæ lepra & ascite.

TRANS E A M V S ad eorum ægrotantiū narrationem, qui à me his medicamentis curati sunt, quæ publicare fas est. E quibus celebre illud est, quod contigit in Francisco filio Philippi Peragalli. Annum is agebat duodecimum hecticus, asciticus, leprosus, putrida etiam febre laborabat. Curabatur à Gotifredo Castillioneo, medico non vulgari: verum in melius non proficientibus remediis, aduocatus sum. Vix erat ubi inciperemus. Iecoris dolor præterea urgebat. Consilium fuit nostrum, ut pane vteretur ex zea, cum aqua cineris confecto, seminéque fœniculi, & dimidio triticeæ farinæ. Curationis autem vis fuit,

242 DE CVRATIONIBVS
 succus cichorij, cum erithrodani puluere, atque spicæ. Eo deuenit, vt singulis diebus ad libras decem aut duodecim vrinæ mingeret. Atque ita is quoque persanatus est.

A T Q V E hæc de ægris insignioribus, qui ex morbis desperatis à nobis curati sunt: quāquam innumeros alios temporis lōgitudo & obliuio aboleuerit. Neque enim nisi paucis abhinc annis huiusmodi miraculorum rationem habui. Hoc vnum satis sit, me semper in artis operibus felicissimum fuisse, adeò vt nonnulli ad casum, alij ad dæmonem referrēt. Verūm vt nemo felicior perpetuo successu in curādo, ita nullus ab erroribus & casibus aduersis tutior meipso fuit: adeò vt in tota vita vix ter aut quater sinistrè res cesserint. Itaque si ad fœlicitatem medendi respicio, haud piget fortuna meæ: quandoquidem videam Galenum tam paucorum meminisse, quos ex deploratis morbis sanauerit. In libro enim de Prædictione ad Posthumum, meminit Eudemii senis, in hyeme à tribus quartanis curati: & vxoris Bathi, cuius morbum reliqui medici ignorat videbantur: tum Demadis rhetoris, & familiaris Charilampi cubicularij. Sed horum duorum casus haud insigne fuisse reor. Meminit & iuuenis eius, decimo artis coratiæ, quem Theſſalici medici inedia penè perdidérant, vt fermè tota hæc summa in tres reducantur. Verūm tamen Galentis nō tantum

curandi arte, quantum scientia dissectionis & prædicendi inclaruit. Admirabilem enim in hoc genere fuisse, scripta eius de Pulsibus tam egregia testantur. In curando verò si maiora exempla edidisset, vir gloriæ cupidissimus, qui toties de prædictione gloriatur, quique etiam minima scriptis suis inseruit, existimant aliqui non prætermissum fuisse. Verum cōscriptisse multa talia credo, atque etiam maiora in libris de Cura vniuersitatem morbi propria: sed hi libri magna humani generis iactura, ut reor, perierte. Sed his omissis, non solum in curando, sed in cognoscendo morbos, ac prædicendo, adeò felix fui, ut æmuli ipsi hoc mihi munus sponte tribuerint, nō solum quod id fatendo maiorem fidem in aliis videbentur habituri: sed quoniam, quæ contigerunt, supra artis ipsius vires esse viderentur.

Prima dignatio morbi admiranda cum curatione à veneno sumpto.

NA R R A B O autem è multis pauca, atque inter cætera quid cōtigerit Baptista Syrtiro mercatori prædiuiti, tum uxori ac filiis. Eius enim primùm uxor ægrotauit, cūmque nihil proficerent auxilia familiaris medici, antequam illa obiret, ægrotauit & ipse coniux. Ob idque alium quendam Thermisonem turgidum, & multa deblaterantem,

maledicūm, in medendo infelicitissimum aduocavit. Is licet medicamenta nulla suo more, vt eruditus videretur, adhibuisset, multaque (vt solitus erat) differendo adduceret, partim falsa, pleraque ex ignobilibus quibusdam empiricis contra alios medicos, nihil felicior in cura fuit: quippe æger defunctus est. Interim iam omnes filij ægrotabant. Ego autem solitus eram tres fratres defuncti mederi, Paulum, Euangelistam, & Benedictum. Itaque videntes hoc nihil profecisse, & quia res arbitrio eorum agebatur defuncto fratre, aduocant me. Ego perpendens rem diligenter, cognoui veneno illos esse affectos. Docceo patruos: iubeo aduocati sociū, cum qui primus in cura vxoris fuerat, veluti testem: præstitis auxiliis, scilicet copioso lactis potu, quamuis febrirent omnes, conualuerunt. Inter hos erat puella minor natu annos agens circiter octo, quam avia existimabat sub occasu solis peritaram, quod iaceret ut mortua, irridebatque adhibentem auxilia: minùsque ob hoc mihi fidebat, quoniam crederet quadam iuuenili ac prorsus temeraria spe me ad curandum accessisse. Memini autem, quod pueri ipsi conuellebantur etiam, præter reliquos morbos: sed & illos postmodum curauit solus. Viuunt etiam nunc omnes, præter infantulum: qui postquam sanatus fuit, à nutrice dormiente suffocatus est. Verum in curatione ipsa vslus

sum in omnibus medicamēto illo, quo Sfor-
drati filium sanaueram.

Dignotio II. cum curatione febris.

SO R O R E M quoque Io. Pauli Negroli, cu-
sius superius feci mentionem, iam duobus
mensib⁹ febre, sed magis quām pro febris
ratione conflictatam cū cognouisse⁹, dixiſ
ſēmque in vtero habēre, intra quinque dies sa-
naui, exhibito diamargaritone: peperitque fi-
lium primogenitum, qui adhuc solertia mea
superstes est.

Dignotio III. cum curatione.

BARTHOLOMEVM etiā Marianū, cūm
falsō existimaretur phthoe laborare, atq;
ob id pro deplorato relictum, in viginti die-
bus sanaui, morbi intellecta sede.

SE D non solum ja dignoscēdo præsentia,
verūm futura prædicendo curam adhibui. Cu-
ius testimonio sunt tot præclara præfigia: at-
que inter multa, imò innumerabilia, adeò vt
vatem me verum prædicent, nec vñquam de
errore quisquam accusare me ausus sit.

Predictio IIII. expulſu.

MEMINI inter reliqua, quōd cūm labora-
ret Ludouicus Madius puer, annum a-
gens circiter vndecimū, aduocatūsque essem

cum alio celebri medico , nec videretur puer
grauiter laborare , quòd & febris remissa fo-
ret , & puer facilè morbum ferret : dixi matri ,
futurum , vt aliquādo hic puer repētē ex hoc
morbo in grauiſſimum affectum incidet , à
quo vix euaderet . Cūm illa causam ſcificare-
tur , respondi , me ex venarum pulsu id intelli-
gere . Nūciauit hoc illuſtris fœmina alteri me-
dico : qui cum eadem hora , qua ego solebam ,
ſcilicet ſub noctem , puerū non inuiferet , di-
xit , quod & verum erat , hanc tantam mura-
tionem ſe non percipere . Nam aliis horis nō
rāta erat inæqualitas , quæ vel ab ipſo , vel à me ,
ſi tunc ſolū tetigifsem , percipi potuiffet .
Cūmque ego hāc diuersitatem augeri in dies
viderem , affirmaui ſemper hoc futurū . Quod
& contigit : namque repētē poſt dies fermè
viginti , cūm grauiſſima ſpirandi difficultas in-
uafifſeret , miserunt ad me , & venienti occurrit
mater flens , ac dicens : Heu quām verus vates
magno meo malo fuisti . Itaque obiit puer al-
tera die . Ob id verò , tum etiam alia experimē-
ta , cūm toties abierim , nunquam me deſcrue-
runt . Quæris forſan , quod genus pulsus tantū
periculum ſignificare potuerit ? Erat innuens
& miurus , & inæqualis etiam , atque inordina-
tus : ſemper autem humilis , nec ad cutem cla-
tus , ſed profoundus . Quæ omnia indicabāt cau-
ſam opprimentem & firmam .

Prædictio v. expulsa.

CVM verò reuersus essem in patriam, æ-
gorabat Io. Iacobus Resta, duóque ad-
erant egregij medici. Aduocor:dixi, laborare
cerebri abscessu. Senior contradicebat: alter
non negabat, sed posse adhuc sanari sperabat.
Sequenti die, cùm adhuc conuenissimus, qui
pridie negauerat laborare abscessu, credo, im-
memor eorum quæ dixerat, abscessu cerebri
iam quatri duo laborare fassus est: ob idq; mit-
tendum sanguinē, quod & alter medicus cen-
sebat. Tum ego nihil obiiciēs de pristinæ diei
contentione, respōdi, non laturam virtutem.
Cùm verò ipsi concordes contradicerent, vt
viderunt me dicentem statim casuras vires, e-
tiam dum sanguis mitteretur, mirabantur: ne-
que enim causam vllam adiiciebā, cur id ego
expectarem. Quamobrem surrexerunt, dili-
gentius pulsum exploraturi. Cùmque vnā ad
ægrum iremus, tentatis venis, iam prorsus ce-
cidisse vires cognoverunt, & admirātes abie-
re. At ille paulò pōst mortaus est. Tum iunior
quendam submisit, qui me interrogaret, qua
ego arte id deprehendissem? Cùm respondis-
sem, ex pulsu: At & nos, inquit ille, pulsum
percipimus. Quasi idem sit pulsum sentire, &
omnes illius differentias exactè assequi. Erat
enim pulsus ille humilis, inæqualis, inordina-
tus, nec tactui resistebat. Vnde non solū op-
pressionem facultatis, sed etiā resolutionem

significabat. Declaratum enim est in medicis expositionibus, quatuor modis deprehendi facultatis imbecillitatem: quæ cùm summa est, præsentem mortem nunciat.

Praedictio v i. ex solo affectu.

NV P E R verò, cùm ad quendam ingredenter, neque lotio, neque vlla alia re visa, nec ægro interrogato, pronunciati ex solo ægri aspectu, illum magna spirandi difficultate laborare, non posse dormire, & pedes tumidos habere. Ille admiratus prædictione, inquit: Non solùm pedes, sed & crura tumida habeo, iamque sex diebus noctibúsque vigilo, & spirandi difficultate maxima labore. Tú ego suis, moriturum breui, dixi. Mortuus est sexta die, postquam illum inuiseram. Quomodo autem id affecutus sim, quatuor verbis explicabo. Cùm accessissim, sedebat in lecto ægrè spirans, omoplatásque trahens: quod maximæ difficultatis spirandi argumentum est, & faciem tumidam habebat. Vnde clarum erat, qui sic afficiuntur, somnum capere nō posse: debilitatis inde viribus, aqua intercute à pedibus veluti remotioribus à corde corripi: quod & tumor faciei apertius ostédebat. Denique, ne singula prosequar, in prædicendo adèò felix fui, vt neminè mihi vel æmuli ipsi præferant, cùm quidam vel plus mihi tribuāt quam

quā res ipsa exposcat. Alij facilē cesserint; modò laudis in arte aliquid remittere velim. Nō enim existimant prædicendi partem medicæ artis propriam esse, ac medico ut reliquas conuenire. Vérum non tam est prædictio hæc nostra ad ostentationem (ut plerunque esse solet) sed potius ad ægrorum salutem.

*Prædictio v i i. in exhibitione medica-
menti purgantis.*

No n̄ pigebit autem subiicere, quod Augustino Fernario Genuensi nobili viro contigit. Is namque Iudicā lue aliquando cūm laborasset, correptus est febre lenta, qualis solet affectos illo morbo comitari: atque ita sensim in hydropis genus illud incidit, quod vocant Tympanitem. Aderat & aliis medicis: cūmque maxima diligentia ab utroque curaretur, nihil tamen proficiebat. Mulieres assistentes & amici collaudauerunt quendam alium medicum, turgidum & gloriosum: &, vt fit, cūm res ad vota nō succedūt, facile obtinuerunt vt superuocatetur. Is vt conspexit hominem diaitem & liberalē, simūlque quod inuidet mihi, tametsi iuueni, existimauit è re sua esse, vt me abacto, præda solus potiretur. Itaque statuit, vt coram omnibus Genuensis nobilibus, contra morem & decreta Collegij, verba faceremus. Invitauit autem (vt credo) illos. Nam aliquin non tam com-

H. C A R D.

R

250 DE P R A E D I C T I O .
muni cōsensu præsentes adesse potuissent , ad
audiendum quod instituerat . Aduenient ita-
que , & prior ille , cūm dixisset , demonstra-
sēnque morbi genus , rogat autoritati suæ cō-
sulens , licet iunior esset , vt vltimo loco ei di-
cere liceret . Assensus est senior . Quid plura ?
vt tum solebant , ambo in vnum consense-
runt : scilicet in ægi perniciem , vni me explo-
derent : ita sunt mores hominum . Tunc se-
nior latus , pronunciat salutem futuram die
sequenti : multaque alia addit , amentium mo-
re . Itur deinde ad ægrum . Ibi multa gloriatus ,
pollicitusque , dicit communi consensu statu-
tum , vt medicamentum sumuret , rogatque
me , an verum sit . Ego , qui mentiri non didi-
ci , respondi , placuisse hoc maiori parti . Intel-
lexerunt astantes , intellexit & æger . Rogat
igitur æger me , an medicamentum sumere
debeat ? fidebat enim plurimū mihi . Respō-
di , vocatos esse tres medicos , hanc sententiā
esse maiotis partis , medicamentum esse natura
innoxiam (erat enim cassia nigra , hieræ spe-
cies , & rhabarbarum) illorum esse maiorem
autoritatem . Non audebam vltterius pro-
gredi : erat enim is collegij procurator . Hæc
namque officia plerique querunt , vt vi reti-
neant , & metu , quod bonis operibus aut eru-
ditione comparare non possunt : simul & vt
apud imperitos autoritatem assiquatur . Tum
ille acrius instat , vrget , sanitatem pollicetur :

U R A O . 44

tandem medici, amicique recedunt. Tū astantes mulieres rogant, vt si existimem obfaturum medicamentum, ne exhibeam. At ego, qui non solum rerum naturae satis peritus erā, sed etiam diuini iuris, in hæc verba respondi: Si è re fuisse ut non propinaremus, non esset aduocatus hic tertius medicus. Nam iam diu nos ab hoc auxilio volentes abstinuimus: verum postquam vos aduocari illum iussistis (leges autem collegij iubēt, ut qui ultimò aduocatur, sententiā ferat) non decuit me, plusquam par esset, contrā obniti: omnes enim sciunt, me quantum licuit, obstitisse: multò minus verò iam constituta re, mihi solum licet à constitutis discedere. Hoc enim improbi & fallacis hominis esset, illud pertinaci: nec hoc etiam, si vellet, facile esset facere sine magno meo periculo & iactura famæ: si vos ita voluistis, recteque consulueritis, non est cur ego obsistam: si errasti, haud par est me pro alieno errore pœnas luere. Acquieuerunt intuitè: ut quæ intelligerent, nō placere determinationem. Datur itaque medicamentum vespere (hæc enim manè acta erant) diluculo ius quoddam. Tantum verò absuit ut conferreret, ut noctem inquietam duxerit, manè obstreperet regmone. Aduenit medicus senior, audit strepitum, videt plorantes mulieres: interrogat, an is esset æger? respondent, cum esse: adiiciunt verba, more mulierum. Ille perti-

R. ij

252 DE P R A E D I C T I O .
nacia adē amens erat , vt non crederet eum
esse ægrum : sed dubitabat , credo , ne ego illi lu
dos facerem . Caput introducit : erat enim
apertum ostium de mōre , vt moriētibus fieri
solet . Videt ægrū esse : statim abiit dicens , mor
tuus est , mortuus est . venit & alter medicus , vi
det ægrum , solatur . Veni ego hora prandij .
Tum æger ad me : Ecce vides hominem in te
confidentem : age , si potes , vt me reuoces à pe
riculo præsente : non ego illum , sed ciues mei
ad me adduxerūt . Itaque hortatus hominem ,
vt bono animo esset , aliquid dedi . Iuxta vespe
ram redij : nec discelsi prius , quām illum per
fectè ab omni medicamenti noxa liberassem .
Tum Genuenses omnes vñi sunt opera mea
deinceps , præter duos , qui addicti erant nomi
ni illius . Superuixit autem æger mensibus se
ptem & cùm videretur liber , surgeretque , re
pentè diaria obiit . Vix enim superuivere po
terat , vel cum optimo regimine : quanto mi
nus , surculis lapathi crudis assiduè vtens ? At
que hæc in patria contigerunt . Quamobrem
ne mireris , si talibus atque his similib⁹ crabro
nes (vt dicitur) irritauerim : vnde tot conspira
tiones & oppugnationes , maledictiones ortæ
sunt . Adagium enim verum est : Qui in tene
bris ambulat , odit lucem . Nec verò ob solam
ignorantiam plerique peccant , sed quia san
ctissimam artem non legitimè tractent : vnde
diuino destituti lumine , maxima peccata per

petrant. Iam verò hic fuit vitæ meæ cursus ad hanc usque diem, pro quo more majorum hæc accepi compensationem. Sed quantum mundus me odit, tantum mihi Deus fauit: & inter cætera, quod mortis amicorum conscius non sum. Atque id Antonij Mariae Maioragij, qui se mutato prænomine Marium Antonium voluit appellati, fato perspicue declaratum est. Is cum bis ad minus, siue ter, à me vita periculo esset liberatus, supremo tamen morbo sine causa alium rogauit. Et licet me etiam aduocasset, omnia tamen alterius medici arbitrio agebantur: tum quod ille medicus (ut mos est) id affectabat: tum quod æger ipse verbis plus quam rebus fidens, optare id videbatur: tum etiam, quod ego non nescirem quorsum tantum apparatus tenderent. Itaque qui toties cum mea laude seruatus erat, sine mea culpa periit. Retulit tamen alter medicus suæ infelicitis operæ locupletius munus, scilicet annulum decem coronatorum precij: cum ego pro salute bellaria quædam tantum accepisssem. Agnati tamen sui fidentius in posterum mea opera usi sunt, aliósque spreuerunt. Aut enim (dicebat) ille curando errauit, aut solus tum cognouisti qualem exitu esset habiturus. Ille enim alias, etiam prope mortem cum esset, salutem pollicebatur. Verum nō in hoc amico solum, sed in omnibus, uno duntaxat Prospero Marino excepto, eadem felicitas me comitata est.

R. iii

A T dices: Si hæc ita se habent, totam urbem occupare debuisti. Nequaquam, ô amice. Sunt & regni humani vires, quibus, quod suum est, id est, autoritatem inter homines, licet non adeò celebrem tueatur ægrorum multitudo, quæ plebem mouet, solicitude circa languentes etiam præpostera & inutilis, grata principibus atque proceribus, collusio cum aliis medicis & chirurgis, tonsoribus, pharmacopolis, obstetricibus, famulis, mulierculis, cauponibus, tam scelestæ quam vtilis: multitudo auxiliorum peritis quidem ridenda, imperitis admiranda. Diximus autem de his in Apologia aduersus Thessalicum medicum: nūc & propositis & vtilioribus insistamus. Verùm quāuis non omnia simus cōplexi, meliora tamen fermè omnia, & nobiliora obtinueramus, nulla cura, modico labore: & quod omnibus melius fuit, multùm immutata est imitatione nostra & autoritate & exemplo ars medendi in ciuitate nostra, quamvis aliqui durius obstitirent. Etenim & carnis & ouorum usui (nā de vino vetus est cōsuetudo) ad septimum diem primū, nunc etiam ad quartumdecimum (vltra obtainere non potui, quod prædictionem non calleant) interdictum est in acutis. Separarunt alexipharmacæ & gemmas à cibo: purgantiū medicamentorū exhibitionē ab initio morbi reliquerūt: sectiones venæ & plures in uno morbo & liberaliores administrant: tot

dulciū vsum, quo anteā ægris nō rectē cōsulebāt, minuerūt. Frictionibus vtūtur, coëctiones expeclant: cùm purgare voluerint, ventriculum confirmant in quibuslibet morbis. Vsum quoque multorum simplicium introduxi, sed & medicamentorum. Validioribus tamen vti non audent, cùm ego semper sine errore illis v̄sus sim. Memini, cùm aliquando me absente laboraret morbo gulæ (anginam fuisse prauā existimo) Regens Pyrouanus, qui è consilio Cæsatis erat, medicos celeberrimos totius ciuitatis aduocasse, eos inspexisse auxilia, quibus ego quendam patricium curaueram: neque tamen ausos vti illis, quanquam collaudassent ea. Subieclitque vñus ex his: Optima quidem existimamus hæc præsidia, sed oportet, qui eis tum v̄sus est, nunc adesse præsentem. Itaque qui velit feliciter in artis operibus versari, non solùm sufficit ut scripta antiquorum perilegat, tum nostra atque aliorum, sed diligentiam summam adhibeat & in curando, & in prædicendo, ne vlla ex parte aberret. Cùmque id facere non posse: nisi paruo numero suscepto ægrorum curandorum, vt nec ventriculus multos cibos bene vñquā concoquere potest: præstat, paucis manus admouere, & eos sanare, quām plures perperam medendo, magnam eorum partem perdere. Cùmque id agendo lucrum forsan non supeditabit pro victu, pauperūmque curam nō


256 DE P R A E D . M O R B O R V M .
magis quām principum negligere iustum sit,
turpe non est, nec flagitiosum, ab his quos cu-
randos suscepisti, multō plus exigere pecunia-
rum, cūm eos sanaueris, quām alij medici fa-
ciant. Atque ea de causa multos ego curare
recusavi, qui diligētiam quidem me dignam,
& iustē à me exigebant: solutionem autem
medico gregatio, idque iniūstē, mihi propo-
nebant. Atque hēc ad hanc vſque diem, qui
quartus est ab Idibus Aprilis, anni 1561, mihi
contigerunt. Qui autem in posterum succe-
dent, si digna huiusmodi erant committariis,
aliās referam: in vniuersum hoc suadens bo-
narum literarum studiosis, atque addictis artis
opēribus, vt meminerint, nihil esse melius,
quām diuini beneficij accepti memorem esse:
& nos nostrāque à numine gubernari: nec
conatus hos nostros multū prodeſſe, ſed
vīcīſci diuinitatem non aliter criminā noſtra,
quām errore mentis in nobis relictō: huma-
na verō ſpeciem ſolam boni atque mali reti-
nere, atque eam momentaneam, ſolidi nihil,
vt eius gratia aberrare debeamus.

FINIS.

H. CARDANI
MEDIOLANENSIS
MEDICI, DE METHO-
DO MEDENDI,
Sectio quarta,
*Quæ Consilia in diuersis morborum
generibus complectitur.*



P A R I S I I S,
In Ædibus Rouillij via Jacobæa, sub
signo Concordiæ.
Cum priuilegio Regis.



H. CARDANI

M E D I O L A N E N S I S

M E D I C I A C P H I L O S O -
P H I C E L B E R R I M I ,

Sectio quarta,

*Quæ Consilia in diversis morborum gene-
ribus complectitur.*

C O N C I L I V M P R I M U M .

Pro laborante difficultate spirandi.

v m in quatuor confi-
liis agitatis per clarissi-
mos collegas nostros
multa ac varia diser-
tissimè adducta essent,
visum est mihi, ne quic
quam memoriae vicio
dilabatur, ut quæ reci-
tata essent in vnum colligerem, atque in ordi-
nem redigerem, simul etiam addens quæcun-
que in rem facere viderentur. Multiplicem au-
tem ordinē seruare necesse est, primum qui-
dem tractandorum generalem: secundum ut
primò ea proponamus, quibus omnes conue-
nimus: deinde si quid est, quod tamē exiguum
est, in quo dissentiamus, subiiciatur. Post hæc

S ij

260 H. CARDANI
 & in cura tertius ordo seruandus est inter ea
 quæ conueniunt ciborum, potuum, medica-
 mentorum ac talium: atque in eo intermisce-
 tur quartus ordo, qui duo habet capita. unum,
 scilicet à quo primum incipere debet: alterū,
 cui magis insisterē oporteat. Hinc quintus or-
 do exoritur, scilicet ut doceamus quæ cuīque
 temporī conueniant: ut pote initio curationis,
 processui atque declinationi. Supereſt & ſex-
 tus, in quo doceamus quæ pluribus morbis
 conueniunt, nam pluribus morbis eum labo-
 rare certum eſt, non vnioco tantum omnium
 consenſu: & quæ vni tātū adhibita proſint,
 & quæ validiora, quæque imbecilliora. Ulti-
 mus ordo erit in auxiliis necessariis adhiben-
 dis, ut ſciamus, ſi hæc non profuerint, ad quæ-
 nam alia ſit tranſeundum: atque deinceps ex
 his in alia: ut demum ſciremus, ſi priora non
 proficerēt, quæ ultimo loco eſſent adhibēda.

CO N S T A T autem, abſque hiſ ordinibū
 vix poſſe tantam rerum cōgeriem utiliter tra-
 di. Atque hoſ ordines diſſicillimum fuifet in
 iſpa conſultatione proponere, imò etiam va-
 num: quandoquidem adhuc diſſicilius fuifet
 propositos memoria commendare.

P R I M V M igitur ſuppono diſpoſitiones,
 quæ in illo ſunt maniſta: nam ut Philoſo-
 phus ait, Omnis noſtra doctrina à noſtioribus
 nobis originem ducere debet. Sunt autem no-
 tiora hæc, diſſicultas ſpirandi, de qua ipſe ma-

ximè conqueritur, & cuius causa nos omnes aduocavit: deinde flatus erumpens è ventriculo, atque vitiata concoctio prima, quam ipse dispositionem manifestè percipit, tametsi ab illa non adeò se impediri existimet. Est tertia dispositio, inflatio ventris nō leuis, similisque hydropi, quæ incipit ab ensiformi furcula, & continuè augetur usque ad umbilicum, permanētque etiam infra illum per duos digitos: deinde declinat præceps, non more asciticorum versus pectinem. Ab hac dispositione quamvis lædatur non parum, ipse tamen se non lædi putat. Quarta dispositio, est turbulenta vrinæ cum paucitate etiam, neque vrina claratur, tametsi subsidant multa modò rubra, modò alba, modò rufa, atque hæc sunt in quibus omnes cōueniunt, quæque sensus ipse ostendit. Adeò & quintum, quod præter naturam est, duricies scilicet splenis, quam neque ipse curat, neque medici grauioribus intenti magnificiunt: tametsi & ipsa difficultis sit curationis. Conuenimus etiam intemperie membrorum principalium, cordis, cerebri & iecoris, quod calida sit.

D e passiuis autem qualitatibus aliquod discrimen fuit. Erat vnus qui existimauit, esse siccæ temperiei, sed usu factam esse humidam ob ocium, quod non videtur verum: quia ex permutatione ætatis, ut habetur sexto de Tuenda sanitate, humida temperies potest

S iii

fieri sicca, nō autē sicca fieri humida in principibus : secus est de habitu totius tertio de Causis pulsuum, cap. secundo. Sed postquam conuenimus, quod nunc etiam ex illius sententia est humida, ideo velle verba producere in hoc, esset potius insectatio, quam res utilis. Concluditur ergo, quod temperatura cordis & iecoris omnium consensu est calida & humida, loquendo de naturali.

DE cerebro autem, cum consentiant quod sit calida in passiuis, est aliqua difficultas. Sed postquam etiam conuenimus, quod praesens sit sicca, curiosi esset verba plura de hoc facere, maximē quod nullus nostrum ponit cerebrum esse in causa alicuius horū morborum, aut symptomatum, vel destillationis. Solūm apparet paucitas somnitanta, vt sit mirū. plurisque enim subsistit intra tertiam horam, nunquam quartam completer.

CONVENIT etiam inter omnes, quod color faciei sit bonus, & præterea habitus totius satis carnosus : & quod crura iam diu tument cum pedibus, usque ad genu fermè, tumore molli, sub forma anasarcae vel cedematis. Conuenimus etiam præterea, quod ipse passus sit magnos mœrores ac diuturnos : & diu vixerit in ocio, & quod plurimo uteretur cibo & potu, cum tamen antea assuetus esset exercitationi. Rursus quoque, quod natuam habeat quandam difficultatem spirandi, quod-

que esset aqualiculus more matris suæ & quod iam tredecim vel quatuordecim annis elapsis magnam effuderit sanguinis quantitatem ex ore : quodque verisimile est cum sanguinem profluxisse potius è capite, quam è pectori, postquam tam perfectè sanatus est, remansitque omnino sine tussi. Constat etiam, quod hæc difficultas spirandi incepit circiter viginti abhinc mensibus augeri vehementer, & quod licet melius se habeat excusso flatu per eructationes, & dum iejunus est, tamen nunquam adeò liber est, ut possit facilè supinus decumbere : vel quod redeat ad priorem statum, in quo erat iam duobus annis elapsis. Omnes etiam fatentur, pulmonem, ventriculum, & splenem, & iecur magis esse imbecilia. Hæc sunt, in quibus conuenimus omnes.

V T verò singula diligentius exquiramus, sciendum est, quod omnes respirationis difficultates ad tres differentias reducuntur, aut instrumenti, & sic fit magna & parua : aut motus, & sic velox & tarda : aut quietis, & sic densa & rara. Manifestum est autem, quod velox & tarda dupliciter dicuntur, & de inspiratione & de expiratione: sicut & rara & densa de duplice quiete, scilicet ea quæ sequitur inspirationem & expirationem.

M A G N I T V D O quoque & paruitas etiā dupliciter dici possunt, & dupliciter esse : velut si nimis extendatur, aut nimis maneat ex-

tensum membrum respirationis, atque ita de contractione. Fient ergo simplices & duplices & multiplices, maximèque compositæ octo modis: velut si quis dicat magnam inspirationem, bifariamque & velocem & raram: expirationem autem magnam, & bifariam densam & tardam, exempli gratia.

Hoc igitur genus respirationis haud magnum est, neque densum, atque magis in inspiratione quam expiratione laborat, velut eleganter animaduersum est ab uno ex collegis nostris, cum tamen diu non possit subsistere supinus, videtur quod sit densior quam oporteat. Impedimentum ergo est magis in quiete quam in motu: quanquam & in motu adsit, & in motu magis quam in instrumento. Vnde constat, ~~in~~ impedimentū contingere ex parua attractione aëris, propter angustiam meatus, quæ multipliciter potest contingere: aut per impedimentum, quod sit in ipso primo instrumento, quod est pulmō: aut per cōfensem, qui quidem non potest esse nisi in functione ipsius septi transuersi. & hoc dupliciti modo: aut propter facultatem, in ipso vivitatem, quod non credo, quia nulla est causa præcedens, quæ istud decernat.

OMNES autem concordant, quod ex gravitate iecoris & lienis & flatu. Sed ista non sufficiunt, cum vitium nō sit neque in instrumento principali, neque in primo per essentiam:

tiam : ergo non esset continuus hic morbus.

CVM verò concludatur, quod sit continuus etiam, quoad magnitudinem excessus, sequitur quod sit per essentiam etiam in altero illorum. Sed non est in principali, ergo in primo instrumēto, id est, pulmone: & hinc vel est mala qualitas, vel compositio, nam de solutione continui non creditur.

ET sic ompositio, est in figura, & ea quæ impedit transitum aëris: quare in arteria venali, quia in aspera arteria faceret tussim: & in vena arteriali, cum sit plena sanguine, non posset esse per essentiam. Neque potest esse materia, quia tam longo tempore vel indurescisset, vel fuisset expulsa: neque potest esse grando, quia grando non generatur, nisi in aspera arteria: nō in vena arteriali, cum sit plena sanguine tenui & spiritu. Relinquitur igitur tādem, ut vel sint tubercula iuxta arteriam venalem, vel crassicies in substantia pulmonis, propter quam comprimatur arteria venalis, vel siccitas in pulmone.

Ex his tribus verisimilius est, quod sit crassicies & duricies, quoniam non videntur praecessisse causæ tuberculorum: neque tantæ sic citatis: quia senes etiam decrepiti, quamvis habent siccissimum pulmonem, tamen non laborant difficultate spirandi. Est etiam alia ratio, quia videmus duriciem in splene, & suspicio est etiam de icore: & certum est, quod

H. C A R D.

T

iecur generat sanguinem in aqualem, scilicet
attum & serosum, sicut appetet in urina. &
ideo concludo, quod causa huius difficultatis
spirandi est duricies in pulmone, cuius indi-
cio est etiam, quod ipse non potest decumbe-
re supinus: quia partes pulmonis cum sint gra-
ues, non possunt facile levari in illo situ. &
ideo licet hoc signum sit generale in omnibus
difficultatibus spirandi, tamen in hac maximè
vigeret.

Quo ad secundam dispositionem, quæ est flatus, omnes concordant adesse flatum: & illum esse causam difficultatis spirandi. Sed quidam volunt esse in ventriculo, & in intestinis tantum: plures concedunt, quod inter peritoneum & omentum, & etiam in ventriculo & in intestinis: & hæc fuit communis opinio. Ego vero censebam, etiam esse spiritum inter capsulam cordis, & septum transuersum ac pleuram, & quod ille esset causa difficultatis spirandi in ipso pulmone, comprimendo illum.

Quod autem sit iste spiritus inter omen-
tum & petitoneū, potest declarari ex his quæ
dicemus in tertio symptomate. Sed quod nō
sit causa difficultatis spirādi, neque hic neque
ille qui est in ventriculo, apparet luce clarius.
nam multi laborantes dolore ventriculi ex fla-
tu, & etiam alijs ex tympanite perfecta, non ta-
men laborant difficultate spirandi, de qua cu-
randum sit: ergo multo minus hic qui neque

laborat tympanite exacta, neque tanto flatu,
vt ventriculus doleat. Et quia dicunt, quod ab
eruptione iuuatur: ideo accipiunt concavam pro causa.

N A M flatus ille est causa augmenti difficultatis spirandi, non autem causa difficultatis spirandi. Et est, ac si quis diceret, quod phlegmon in digito est causa pulsationis, cum sit arteria, & plegmō sit solum causa sensus pulsationis.

Q V O A D tertium, dico quod est tympaniticus, non tamen confirmatus. & hoc declaro, quia est tumor ventris: ergo vel ab aqua, vel à flatu, vel à pinguedine, sed cum crescat ac decrescat celeriter, necessarium est à flatu. Quod autem iste flatus sit inter omentum & peritoneum, apparet, quia si esset conclusus in intestinis aut ventriculo, faceret dolorem: et si non esset conclusus, faceret murmur. Sed neutrum facit, igitur continetur inter omentum & peritoneum.

Q V I D A M opposuerunt dictum Auicennæ, quum dixit: Et quum veter percuditur manus, auditur ex eo sonitus utris inflati, non autem aqua pleni. Dico quod distinguit inter genera hydropis, non autem ponit tanquam signum proprium: imò dicit in eodem capitulo loquens de ea: Sed quandoque est tensio, ergo non vult quod adsit semper. Et Aetius libro decimo, capite vicesimo: In principio inflationi sola esse videtur, postea tamen flatus in-

T ij

268 H. CARDANI
spissatur: ideo cum non fuerit tensio, nec erit
sonus, ut isti credunt.

A D D V C V N T V R tria alia in oppositum,
scilicet bonitas coloris, carentia sitis, & diutur
nitas morbi, cum etiam sensu percipiatur cu-
te correpta crassicies illius, & pinguedo. Re-
sponsum fuit per unum ex collegis optimè,
quod mirum videtur, quod inter curas & sumi-
mos mætiores ex macilento, ut fatentur, fa-
ctus sit adeò obœsus. Et quod tumor crurum
cum sit morbosus manifestè, non declarat bo-
num habitum in ventre. Ad reliqua diximus
omnes, quod sunt signa intercutis confirmatæ.

Q Y A N T U M ad quartum, & est vrinæ tur-
bulentia suprà dicta, de qua omnes uno ore
censem, quod sit ex imbecillitate iecoris, & il-
lam significet. Ego fateor, quod adsit imbecil-
litas iecoris omnino, & reliqua, scilicet vitium
in compositione, obstructio & duricies: non
tamen concedam unquam, quod ista turbu-
lentia proueniat ex imbecillitate. Tum primò,
quod imbecillitas iecoris facit vrinas aquo-
fas, & non turbulentas: tum etiam, qui vide-
mus multos cum summa imbecillitate ieco-
ris, & cum hydrope confirmata, qui tamen
non habent vrinam turbulentam.

A L I I dixerunt, quod sit turbulentia pro-
pter excrementa undeque, & ex toto cor-
pore aduenientia: sed & hoc suspectum est,
quoniam illa excrements separarentur & re-

T

fiderent in fundo tota, quod falsum est. Quidam dixerunt, quod est vlcus & sanies, è iecore profluens, sed & hoc dubium est, cum non appareant signa reliqua vlcerum, & maximè dolor.

Dico autem compendiose, quod turbulenta vrinæ sit propter materiam, quæ est pinguedo, sicut alias declarauit: & quia illa pinguedo non potest separari vel propter imbecillitatem caloris, ut in hyeme: quæ tamen non adest, ut dixi, vel propter vehementem permixtionem, sicut videmus in decoctis, quæ sunt turbulentia, sed si parum sint cocta, citò clarescunt: si autem diu, tardè: et si adhuc diutius, nunquam. Dico ergo, quod hæc vrina turbulentia significat multum liquamen, diu concoctum cum ipsa vrina propter impedimentum obstructionum, & imbecillitatem caloris naturalis cum magnitudine præternaturalis caloris: & propter hoc sequitur, quod splen sit durum, quia si vrina nō potest separari, quæ est res aquæ, multo minus fiet separatio in sanguine. Ex quo sequitur, quod ipse sit paratus ad scirrhos, & in pulmone, & in iecore, & in omnibus membris, & causa difficultatis spirandi inde prouenant & notæ sint. Hinc etiā coniectari licet, vndénam proueniat tumor ille in cruribus, qui quidem est ex genere anasarcae. dicebat enim Hippocrates in primo Prognosticorum: Quibusunque ab epate

T iii

aqua inter cutem oriuntur, his tuffes tussient
dique promptitudo accedit, & nihil memorabile expuunt, & pedes tument, & venter non
egerit, nisi dura & coactus: & circa aluum sunt
tumores, aliqui in dextra, aliqui in sinistra par-
te tum consistentes tum confidentes. Manife-
stum est igitur, pedum tumorem tum etiam
erorum, esse ex genere anasarca, & non veri
ædematis. Sed quia curatio illius pendet ex cu-
ratione tympanitidis, ideo non longius pro-
feram sermonem.

VTRVM verò dicatur asciticus? dico quod
sub uno sensu non dicitur verè asciticus, id est,
quod plurima aqua collecta sit in vêtre. duobus
autem aliis modis asciticus dici potest, sci-
licet quod aqua pars est in ventre: alio modo
etiam dicitur asciticus in sensu aqua intercu-
tis, quia aqua continetur inter cutim & peri-
toneum. principalior tamen morbus est tym-
panites.

HIS diligenter consideratis, deuenio ad
Prognosticum: & dico quod hic morbus non
potest breui sanari, quoniam est compositus
ex pluribus. Secundo, quia sunt morbi longi
in ætate senili. Tertio, quia est quasi conatus
illi. Addo quartam, quod ipse patiens non co-
natur morbum propellere exercitationibus
aliisque rationibus, quibus tales morbi dimi-
nuuntur.

NAM quod ad primum attinet, multi atque

varijs difficilius propelluntur quam simplices:
atque etiam eo magis, quod contrarij sunt tem-
peraturæ, iuxta illud Hippocratis: In morbis
minus periclitantor ægrotantes, quorum na-
turæ aut consuetudini, & cætera. Quod ad se-
cundum speat, dicebat Hippocrates: Morbi
longi in senibus plerunque illos comitantur
ad mortem. Quod ad tertium atinet, mani-
festum est quod raro hi qui sunt laeti, magno
affectu in membro principali, vel necessariò
potest diu viuere, & à difficillimis morbis eua-
dere. Maius autem periculum imminet ex sup-
pressione vrinæ: nam statim ut ad illam per-
ueniret, venter intumesceret, spiritusque defi-
ceret, atque ita breui periret.

EST autem paratus ad hanc suppressionē
multis de causis: prima, quoniam vrina est cras-
sa & turbulenta, quæ facile intercipi potest.
Secunda, quia adsunt obstrunctiones magnæ,
& duricies in visceribus, quæque calorem na-
turalem obtundendo tum comprimento mo-
le sua vrinam facile suppressimere possunt. Ter-
tia est flatus, qui similiter & comprimento &
refrigerando impedimentum vrinæ afferre
potest. Omne enim elementum, ut alijs di-
xi, frigidum est, quamvis id Aristoteles & Ga-
lenus negent. Quod si demonstrationibus à
nobis allatis quisquam pertinacius repugnet,
discat saltem experimento ita esse: atque hoc
periculum ex ordine morbi atque naturæ,

T iiiij

S E C V N D V M periculum est, defluxio materiae à capite, ex qua posset facile suffocari. Sed ad hoc ut minus procliuis, eo magis tamen in illud facilis lapsus, & nulla redemptio. Propterea caueat pro hoc Veneris usum immodicum, coniunctum cum nimio potu, aut iter in Sole ardent, ex quo possent colliquari contenta in cerebro violenter, atque ita suffocari. Tertium periculum est, ne incidat in febrem aliquam malignam ex magnis curis, ad quas procliuis est, ex metu vita filiarum. Ab omnibus tamen his spero tutus erit diligenti obseruatione.

D i c o secundò, quòd cura ista perficietur satis bene, propter quatuor gradus, qui sunt in ea, cum quibus tanquam per scalam ascendendo p̄ueniet ad speratam sanitatem. Ex quo manifestum est, quòd oportet ipsum diligenter, quæcunque pertinent ad sex res non naturales, obseruare: quia illæ sunt magis necessariae. Tertiò dico, quòd hæc cura necessariò erit prolixa, & hoc propter quatuor causas, prima est, morborum magnitudo & prolixitas: secunda est, multirudo eorum: terria, est nobilitas subiecti, quæ facit ut debeamus abstinere ab omnibus medicamentis validis atque potentibus, iuxta illud quod dicebat Galenus in libro de predictione ad Posthumum: In principibus non debemus vti medicamen-

tis potentibus, neque ullo modo suspectis.
Quarta causa est, ascensus per gradus, de quo dicam suo loco. Posset & addi quinta, scilicet quod ipse non obseruabit cuncta, quae ei præcipientur, ita ad vnguem, ut deberet. Ex quibus concludo, quod ista cura non perficietur hoc anno, sed in duobus annis tantum, aut etiam tribus.

NAM & si curaret magna ex parte: ita quod in aestate videretur sibi sanus, & eò magis etiam in autumno, & maximè in fine: tamen hyeme renertet morbus, licet nō adeò saevis, sicut fuerat antea. nihilominus maxima cura erit circa præservationem, ne labatur in deterius, non ut possit perfici sanatio.

SECUNDA pars prædictionis est, quod diuersis temporibus valde diuersam subibit conditionem, primum ex ratione partium anni: nam vere mediocriter se habebit, deinde melius iuxta finem veris & per totam aestatem & dimidium autumni post deterius & maximè vi profunda hyeme & putredinem. Item in temporibus pluviosis ac ventosis, maximè borealibus: deinde austrinis deterius quam sereno cœlo: aut Euris vel Zephyris spiratisibus.

ET deterius etiam nocte quam die, & in die: vesperi, quam mane: & post cibū, quam ante cibum peius semper. Et hoc generaliter, quia aliquando regulæ hæ fallunt. Et hæc nō solum conferunt ad prædictionem, sed etiam

ad curationē, quia periculosisioribus temporibus oportebit cautius agere, & diligētius prēcavere: sicut etiā in accessionibus, ac reliquis.

AD prognosticū etiam pertinet scire, quoniam quantum flatus discutietur, tantum etiā decedet ex difficultate spirandi: & quod tumor ille ventris modò descendet in scrotum, modò etiam usque ad pedes & crura, & quod propulsata materia tumorem ingentem in illis excitare possit. Quod si continget, periculosum esset: secus de tumore scroti. Est igitur periculum de incremento ipsius anasarca. Illud etiam est cōsideratione dignū, quod genera hæc hydropum inuicem cōmutantur & augentur: & una aliam fouet, & similiter, propter dictum Avicennæ. Et quandoque materia, quæ est in pulmone, transmutatur ad iecur, & facit hydropem. Hæc igitur omnia diligenter sunt animaduertenda: & quod cum corpus impurum sit, erit etiam paratum herbis petalibus & perphagedenis & ulceribus malis, & scabiei. Nam scabies & psora sunt ex humore seroso corrupto. Et si continget ulcera in crutibus, facilè euaderent in prauitatem magnam, & difficillimè sanarentur.

Hi s expeditis deuenio ad curam, quæ iuxta scopos triplex esse debet: præseruatiua, sanatiua, & syniptomatis curatiua. Hic enim morbus expostulat hanc tertiam partem, sicut etiam docuit Avicenna decima tertij, & vñ.

DE DIFFICVL. SPIRANDI. 275
quodque horum perficitur tribus auxiliis, vi-
ctus ratione, medicamento, & manuum ope-
ratione. Rursus in his scopos scire oportet,
cuiusnam ordinis sint primi, secundi, tertij,
quarti, ac sic deinceps.

P R I M V S ergo scopus est, dilatare vias
anhelitus, & siccare atque extenuare vētrem.
Atque hic est primus scopus in intentione.
Secundus scopus est, vt materia impediens,
quæ coniuncta est, & dicitur flatus, & cras-
sior humor, tum caro in pulmone discutian-
tur. Ut verò hoc fiat, tertius scopus insurgit
auferendæ malæ intemperiei, iecoris, pulmo-
nis, ventriculi & lienis. Ex quo habetur quartus
scopus, vt auferantur duricies, quæ sunt in
liene & iecore, atque obstrunctiones. Quintus
scopus, vt materiæ antecedentes euacuen-
tentur, & vt non amplius generentur: sed vt
euacuentur, insurgit. Sextus scopus, vt p̄-
parentur. Præparatio in quatuor consistit, vt
crassa attenuentur, lenta diuidantur, aperian-
tur obstrunctiones, & vt aliud facilè fluat. In-
tentio verò prohibendi generationem mate-
riæ antecedentis, est duplex, scilicet vt den-
tur cibi excrementis carentes, & vt bene con-
coquantur. Ab ista igitur sexta intentione cu-
ratiua operando inchoare oportet, vt per-
ueniamus ad primam. Et hoc seruatis tribus
illis conditionibus, quas Galenus in Arte cu-
ratiua refert: vt citissimè scilicet salutem, quā

fieri potest, adipiscatur, ut perfectissime, &
ut absque periculo vlo, vel noxa.

E t quia, vt dicebat Galenus libro de Atten-
nuante victu morbi diurni, plus ratione vi-
ctus, quam à medicamentis iuvantur. Est autē
animaduertendum, vt consuetudines malæ
sensim immutentur, aliter nimis laceretur.
Vt ergo ab animi affectibus incipiamus: nam
constat animi affectus non minus mutare cor
pus nostrum, quam labores atque reliqua.
Igitur lætitia & spes, salutis optima sunt: vi-
tare autem tristitiam, itamque oportet. At id
magis à cibo, & hora somni, in qua omnes co-
gitationes, etiam si tristes non sint, multum
lædunt.

Q uod ad somnum attinet, cum teste Hip-
pocrate, somnus coctiones iuere: manifestum
est, quod quanto plus indulserit somno, tanto
illi melius erit. Et quod debet esse iuxta Hip-
pocratem in loco obscuro, in conclavi frigi-
diore, bene conctecto corpore pannis, in cu-
biculo respiciente orientem sicco, inter duo
solaria: in hyeme ignis alatur, in vere &
autumno sol ingrediens locum illustret, in æsta-
te sit perflatus à ventis: & si non potest dor-
mire, decumbat saltum semper in lecto, usque
ad decimam horam ab initio decubitus. De
situ nihil dicam, quia oportet ut decumbat ut
potest: et si nimia præmatur vigilia, inungen-
tur pulsus ex oleo nenupharino: si non suffi-

DE DIFFICVL. SPIRANDI. 277
cit, vnguento populeon. Vngatur etiam regio
cordis: tutiores etiam in hoc sunt pillulae no-
stræ.

RECIPE styracis calamitæ optimæ olen-
tis 3 i. fiant pillulae quatuor cum vino mom-
basio vel vinaciola dulci: & de his capiat vnā
singulo vespere post cœnam per vnam horā.
Aliud nostrum expertum, & est ultimum, ex-
hilarans animam, & est absque custodia.

RECIPE sacchari nenupharis seu ex nym-
pheæ floribus 3 ij. syrapi de pomis 3 lb. mos-
chi electi grana v. Misce bene. capiat post cœ-
nam. Possunt etiam fieri stillicidia & odores,
somnum conciliantes, & otalgia, & errhina.
Sed hæc minus probantur. Animaduertere e-
tiam decet, quod iuxta somni longitudinem
oportet metiri etiam ciborum quantitatem,
ut si paucus sit somnus, modico etiam vtatur
cibo: si autem longus, vberiore & magis nu-
triente, velut carnibus & ouis. Super omnia
autem caueat ne tempore somni de tristibus
cogitet. Sed solùm iucunda sibi proponat: vi-
tidaria, prata, venationes. Motus etiam men-
surare decet iuxta sommi prolixitatem: nam
vbi bene dormierit, optimè se exerceat: vbi
malè, penitus non se exerceat, sed solis frictio-
nibus & equitatione sit contentus: & dormiat
capite clato, & pectore, ventre autem imo de-
presso, & cruribus.

CVM verò in motuum mentionem inci-

derimus, par est ut de illis nunc agamus. Mo^ttuum igitur ratio à quātitate, qualitate ac tempore sumenda est. Quod ad tempus attinet, dicebat Galenus in libro primo de Cibis boni & mali succi: Exercitatio ut ante cibum optima est, ita à cibo pessima: & ideo caudum est diligentissimè, ut à cibo assumpto omnino quiescat: quòd si deliquerit in hoc, maximo incòmodo afficietur. oportet autem quiescere à cibo septē horis. Animaduertat etiam, quòd licet ex exercitatione videatur cibus è ventriculo descendere, ipsèque leuius se habere, atque facilius spirare: non tamen in hoc commodo confidat, quia successu temporis res in deterius labetur, sentiētque detrimenta falsæ speratae utilitatis: pœnitentib[us]que ac conqueretur se deceptum. Ex hoc etiam patet ratio cuiusdam problematis, scilicet cur videatur cibum concoquere melius de die quam in nocte, cum hucusque nox fuerit die longior, & somnus soleat coctiones adiuuare, & etiā tenebra? Ratio est, quia in die propter situm cibus descendit è ventriculo: in nocte vero cum decumbat, non potest descendere: ex quo colligo aliud multum necessarium ad curam & prognosticum, scilicet quòd nūquam bene concoquit. Non de die, quia prius descendit cibus antequam sit concoctus: non de nocte, quia illū percipit in ventriculo mane, atque ita nunquam. Ex quibus sequitur aliud, scilicet

quod morbus hic in deterius labitur in dies, licet videatur melius se habere. Pater, quia cōcoctio prima est vitiata, & ideo secunda & ter tia: ergo corpus quotidie magis grauatur cruditatibus: ergo labitur in deterius, nisi quantum ex euacuationibus adiuuatur. sed illae debilitant vires: ergo vnica spes in virtute vitali. Quæ quomodo labentibus aliis eas possit restituere, non est presentis negotij ut ostēdam, fatis constat id fieri posse. Ex hoc sequitur vnum aliud, valde necessariū scitu, & est quod tunc melius se habebit, quando vesperi sentiet se non concoxisse, & similiter mane: quia tunc virtus retentrix incipiet cōfirmari. Postmodum melius se habebit, cum mane sentiet se concoxisse, vesperi autem non. Rursus optimè, cum mane & vesperi sentiet se bene concoxisse. Scio quædam hic posse vellicari propter imperitiam quorūdam: sed qui recte quæ scripsimus percipiet, de hoc ordine in melius procedendi non dubitabit. Ex hoc etiam aliud valde vtile sequitur, quod ad curā attinet: de quo inferius dicam. Quod ad qualitatem exercitationis attinet, dico quod deambulatio non est exercitium in via Galeni, tamen est res omnibus utilis: ipsi vero non solum utilis, sed etiam necessaria, & ex hoc genere est frictio. Cum ergo expurgiscitur, decet surgere & deambulare parum ex quo akuis mouebitur; deinde reuerti in lectum, &

280 H. CARDANI
 fricari atque inungi, & postmodum indui. Ex quo ordine duplex commodum cōsequetur: vnum certum, & erit quod frictio fiet post exonerationem alui, quod est iustum & utile: secundum erit minus certum, sed si sequatur, erit utilissimum, scilicet si denuo, postquam surrexerit, alius soluatur. Secundum genus exercitationis est equitatio, quae debet exerceri, postquam inambulauerit, quantum satis est in mane. Vesperi quoque vitando semper vtrunque crepusculum, ut inferius dicemus. Quantitas vero exercitij, ut ab Hippocrate decernitur, generaliter in uno quoque auxilio est conueniens tolerantia. Alia genera exercitorum ab his tribus neque laudo, neque ipse ferre poterit. Laudari solet ascensus per acclivias, sed ipse neque hoc feret.

I L L V D non omittendum est omnino, pertinetque ad motus & quietis rationem, quod non decumbat pronus, ut solet, sed sedeat. Cum enim sedendo, non solum stando virgeatur difficultate spirandi, pronus perpetuo maneat, tabulae aut cathedrae incumbent: quo situ nihil est deterius dimoto ventriculo e sua sede, ita ut non quiescat super intestina, sed suspensus maneat. hoc autem cum pessimum semper sit, deterius tamen etiam a cibo: tunc enim soluitur ipsa ventriculi substantia, & fit laxitas texturæ in ventriculo, quæ parit summam imbecillitatem, & cui non est remedium,

iuxta

C R E P V S C V L I memoria me ad tractandum de aëre inuitauit. Vitare ergo debet aërem nocturnum, tanquam pestem, & ambo crepuscula: item pluuias omnes, solem & aërem nubilosum, & ventos validos. Poterit tamen aura flante leni se exercere, ac serenis temporibus: vbi verò prædicta obstant, in cōclauibus longis se exerceat, tutus à vento & frigore. Et vbi periculum sit in vtroque, maius est in frigore quam in calore: & si lœdatur à calore, vbi calor cessauerit, cessabit & noxa, non sic in frigore: quia ut rectè dicebat Auctenno, frigus est inimicissimum pulmoni. Cubiculum etiam debet esse purum, mundum, expositum orienti, & debet verti quotidie: & quia quæsitum est, an aëris nativus sit illi salutaris, respondeo quod sit, cæteris paribus.

S E N D. si sit aëris in colle saluberrimus, minimè humidus: & vbi homines diutius vivant, & nascatur coniferae arbores, & mulieres sint absque gula tumore, & pueri floridi coloris, & victimæ candido adipe & rubicunda carne & pulmone, & absque lapillis. hic aëris multum ei prodeffet: nam in difficultatibus spirandi & cæteris morbis pulmonis nihil plus facit quam aëris qualitas, seu bona seu mala ad iuvandum nocendumque. Hoc autem vnum scientie expedit, quod opörteret diligētissimè caueat frigus post calorem . est enim mortale. Item

H. C A R D.

V

solem super caput: nam ut aëris frigidus est ini-
micissimus pulmoni, ita sol capiti.

QUANTVM ad quintam intentionem, quæ
est euacuatio & repletio, dictum est, quod o-
portet habere beneficium ventris: quod si no
habeatur, fiant clysteria. & clysteria quidem
mollia non operantur, & nimis acria exiccant
corpus: & ideo impediunt in posterum bene-
ficium ventris. Oportet etiam ut resoluant fla-
tum: resoluentia flatum sunt sicca, & sicca a-
stringunt aliuum. Præterea clysteria repellunt
flatum suprà, & maximè si sunt flatuosa, ergo
vulsus eorum non est multum ad propositum,
nisi sint valde necessaria aut valde utilia, aut
valde bene præparata. Describam autem duas
formas eorum, & similiter duo genera suppo-
sitoriorum. Prima descriptio.

RECEPTE chameleii m̄ ij, furfuris m̄ i, se-
minum cari & libistici an̄ 3 i, aquæ lb ij, coquā-
tur ad consumptiōnē duarū tertiarū: in-
de colentur, & in colatura addantur salis com-
munis 3 i, salis nitri 3 b, olei anethini 3 iiij, hierę
pigrę de sexdecimi 3 b. misce. fiat clyster. A-
liud. R. olei violati 3 iiij, saponis teneri 3 b, oxi-
melis simplicis 3 ij, cassiae fistulae 3 vi, vrinæ in-
fantis quantum sufficit. misce. fiat clyster. Sup-
positoria hoc modo.

RECEPTE cumini & ruthæ an̄ 3 ij, mellis vio-
lati cocti & despumati 3 ij, salis nitri 3 b. fiant
suppositoria. Aliud.

H. CARDANI

R E C I P E radices iridis, & coquātur in oleo violaceo: & post modum siccentur parum, & fiant suppositoria. Per os quoque difficile est purgare, quoniā quæ purgant, ventriculo plerunque nocent. Medicamentum tamen optimum est.

R E C I P E terebinthinæ orientalis lotæ cū vino albo septies 3 ij, vini è passa vua, seu potius succi 3 i, misce. capiat per tres hōras ante cibum. Aliud.

R E C I P E aloes 3 iij. lauetur ter in vino paf-
fulato, inde capiat 3 l. pro vice ante cibū. Non
solum autem sufficit ventrem soluere, sed etiā
vrinas mouere necessarium est, eiusmodi au-
tem sunt quæ è fœniculo sunt, aut similibus,
& bene olēt, ut crithmon & sandix: sed crith-
mon est satis cognitum, sandix non ita. Crith-
mon autem prolicit vrinam. harum quoque
cum oleo optimum est in omnibus cibis aliū
subducens, appetitum excitans, & ventriculū
confirmans. A coitu abstinere debet, quātum
fieri potest. Oportet etiam ut antequām co-
medat, excernat flatum, mandendo thus clari-
rum, aut Zaduram, aut antheram, aut anisum,
vel libisticum, & eructādo: sic ut singulo ma-
ne excernat feces & vrinam & flatum.

C I B V S verd & potus duo sunt: trifariam
aut distinguuntur singuli, simplices & medici-
nales, & medicinæ cibis similes. Quæ ut mi-
nus nutriūt, ita sunt vtiliores. Huiusmodi gra-

V ij

284 H. CARDANI
tia exempli est cretanus marinus ad discutien-
dos flatus, & prolicēdam vrinam, & excitan-
dum appetitum cibi. Consideranda autem
sunt sex in cibis, qualitas, quantitas, numerus,
tempus, ordo & præparatio. Cibi maximè ven-
triculo conferentes, sunt cerefolium, quod si-
mile est cicuta: sed bene olet, sandix, absin-
thium & menta rubra angusto folio. Sed ab-
sinthiu propter amaritudinem vix potest edi.
Propterea tritum & decoctum cum passulis
& vitellis ouorum edi debet. Generaliter au-
tem omnia quæ sunt boni odoris & saporis,
sunt amica ventriculo. Et maximè si sint astrin-
gentia, velut est macer, quod vocant macina
vulgares: & astringentia maximè conueniunt
in fine cibi, sicut & calefacientia ante cibum.
Ut ergo de singulis dicamus, sciendum est,
quod sex sunt differentiae ciborum, prima est,
ut sint boni alimenti, aut mali. circa hoc dice-
bat Galenus tertio de Alimentis: Cibi mali
fucci sunt, qui nutrimentum dāt nimis tenuē,
aut nimis crassum. Verum sic intelligendus est
ut non sufficiat quod sit nimis crassum aut te-
nue: sed oportet ut sit, quia non sit cōcoctum
à Sole, & ideo multa sunt crassi alimenti ad-
modum: tamen sunt boni alimenti, quoniam
concocta, velut caro porcina. Quia tamen cō-
cordamus in re, dico quod propter hoc exclu-
dunt omnia olera & omnes radices: quia ole-
ra omnia generant alimentū serosum, & om-

nes radices alimentum crassum, ergo nullum olus nullaque radix conuenit. Et si quis dicat, quod nuper laudauimus cerefolium & mentam & sandicem, dico quod hoc fuit ratione medicinæ. Ex quo colligitur, quod talibus non licet vti, nisi in modica quantitate: quia non iuant ut nutrimentum, immo nocent, quia mali sunt alimenti. Omnia ergo olera & radices sunt mali alimenti: & est regula, quæ non patitur ullam exceptionem: quia serosum aut crassum & crudum præbent alimentum, ergo omnia talia sunt vitanda sub forma alimenti. Secunda differentia est, ut non facilè putrescat: per hanc excluduntur omnes fructus horarij, item lac. Excluduntur etiam ista aliis de causis. Lac quidem, quia flatuosum, iuxta illud Hippocratis: Lac dare caput doléribus, & his quibus illa murmurat, malum: horarij autem fructus, quia serosum præbent alimentum. Tertia differentia est, ut plurimum exhibeant alimentum. Istud enim non est necessarium in omnibus hominibus, sicut priores duas conditiones.

Sed in hoc ægro est maximè necessarium, quod sic declaratur. In hoc ægro est maxima imbecillitas ventriculi, ergo minimus cibus dandus est: sed minimus cibus & parum nutrimentum non potest alere corpus, immo nec mediocriter nutriens, ergo necessarius est cibus maximus alimenti, ut quod detrahitur ex

V iiij

quantitate suppleat qualitas. Ex quo sequitur, quod omnes fructus etiam non horarij sunt vitandi, quia omnes parum nutriunt. Sequitur etiam quod p̄tisana hordeacea, quae mediocriter alit secundum Galenum, & cibus ex amygdalis, qui parum nutrit, in hoc casu non conueniunt: id est, in magna quantitate, neque frequenter. Nam ad recreationem vetriculi, vel quia sunt cibi medicinales, exhiberi possunt. Ista tria possunt admitti: passulæ, pistacia, & cibus ex amygdalis. Quarta differentia est, quod sint facilis coctionis: patet, quia hic ventriculus est imbecillis valde, ergo indiger nutrimentis facillime coctionis. Ergo per hoc excluduntur omnia legumina. Nam omnia legumina non solum sunt difficilis coctionis, sed difficillimæ. Pro dignoscendo autem cibos, qui sunt facilis aut difficilis coctionis, solent dari plures regulæ. Sed præcipua est illa Oribasij, & est, ut ponantur in aqua: quæ celerrimè dissoluuntur aut molliuntur, facilis sunt coctionis, ut panis: quæ tardæ, difficilis ut caseus: quæ nunquam, difficillimæ, ut legumina. Radices ergo rursus sunt explodendæ. Quinta differentia est, ut sint paucorum excrementorum. Hæc videatur coincidere cum cibis multi alimenti, sed non est ita, nam p̄tisana multum nutrit, & non est excrementicia propter raritatem: sicut per contrarium caro iuuēci multum nutrit, & tar-

men est excrementicia propter densitatem.
Hac igitur ratione quicquid est rarum, & mul-
tum nutrit, caret excrementis, ut lutea ouo-
rum: & quicquid est densum, & parum nu-
trit, est excrementicum, velut radices & tu-
bera & ostrea. Sexta differentia est alimen-
ti, quod superexcedentem habet qualitatem,
velut nimis crassi vel lenti, vel frigidí, per quā
excluduntur caseus & omnes pisces. Nam li-
cet pisces petrosi, quorum etiam copia apud
nos non est (cum omnes sint marini) in prō-
ptu essent, non conuenirent, quia sunt nimis
frigidí alimenti: posset tamen aliquis vti ea ra-
tione, qua dictum est superius. Ex hoc sequi-
tur quod omnes pisces parui vitadi sunt, quia
parum nutriunt ex superius dictis: & magni
similiter, quia crassum & lentum exhibent a-
limentum: mediocres ergo & masculi & fa-
xatiles possent aliquando admitti præparati,
vt dicemus suo loco. Exclusis igitur radicibus
omnibus oleribus præter pauca condimenti
gratia & medicinæ, quæ sunt crithmon, men-
ta, sandix, cerefolium, absinthium & petroli-
lium: cichorea quoque, quod ventriculo &
iecori conueniat. Item reiectis omnibus fru-
ctibus præterquam passis vuis, pistaciis & pul-
mentariis: ex amygdalis excluso quoque ca-
seo & lacte & piscibus omnibus præter faxa-
tiles, quorum usus rarus esse debet: ostreis
quoque, & his quæ crusta integuntur: tum ra-

V iij

nis, cochleis, relinquunt angusta rerum, quæ
cōueniunt, descriptio. Palam autem est, quod
cibi omnes veri vno sunt sapore prædicti, scili-
cet pingui, aut leuitet dulci, ex quo sequitur,
quod mel & saccharum cibi causa non cōue-
niunt: quoniam neque sunt pinguis saporis,
neque etiam parum dulcis: quare parum nu-
trient secundum Galenum. Reliquum est i-
gitur, ut cibi puri sint, carnes & vitelli ouo-
rum & panis: & quia, ut dictum est, oportet ut
cibi omnes habeant vim medicamenti, ideo
incipiendo à pane, dico quod panis, ut ad
præparationem deueniam, ita faciendus est.
Accipere farinæ tritici partes duas, farinæ zæ
seu speltae partes tres: cibrato, pinsito cum a-
qua decoctionis cubebatum, & maceris, ad-
mixto modico vini albi, inde adde grana
fœniculi, & confice panem bene fermentatum
& spongiosum, & bene coctum. Ex carnibus
optime sunt avium exercitatarum: & ideo
nulla est melior carne perditis, quia phasianus
parum se exercet. Reliquæ vero aues aut sunt
aquaticæ, aut paruæ, quæ parum afferunt nu-
trimenti. pulli tamen corris sunt post perdi-
ces & phasianos, & ex pullis meliores partes
sunt alæ sine cute: scilicet pulpa. nec ultra has
tres aues, sunt aues bonæ, exceptis columbis:
sed tamen omnes non aquaticæ possunt co-
medi, & maximè iuuenes & pingues. Colum-
bi è turribus sunt optimi, quando nondū pos-

sunt volare. sed est genus palumborum, quo nihil melius vocant Arabes Altaiugi: & generaliter sunt optimi, qui sunt admodum iuuenes. Ex carnibus autem pedestrium melior est hædina & suilla: & arietis qui excesserit unum annum. Verum circa suillam ista tria obseruanda sunt, primum, quod sit masculi suis: secundum, quod non excedat annum, vel parum: aliter enim sit valde dura eius caro. Tertium, quod sit educatus in nemoribus & agris, vbi se exercuerit. debet autem eligi caro clunium absque cute & pinguedine. Post has carnes est caro vituli lactentis: caro quoque ericij utilis est, & maximè magni. Dicebat Dioscor. Ericij caro confert tenibus & cachexia & hydropticis & elephanticis. Caro quoque apri iuuenis confert & utilis est, ut suilla caro: cuniculi (de lumbis loquor) etiam edi potest. Re liquæ non sunt ytiles. Solùm restat dicere de gallinagine, quæ licet vescatur pisciculis, quia tamen vescitur etiam vermis & habet rotulum subtile, ideo cum sit etiam suavis gustu, edi potest. Caro pauonis est nimis dura. Caro galli paui multum nutrit, & suavis est: tanto melior carne pauonis, quanto deterior carne pulli. Ideo comedì potest, si sit iuenculus. Præterea ius testudinis & cochlearum etiam multum conuenit, sed longè magis testudinis: caro autem est nimis dura, præcipue cochlearum. Carnem accipitris multi laudant, ego ra-

men nō sum expertus. Caro bubonis avis est optima pro difficultate spirandi, scilicet alæ: & similiter pulmones vulpium recétes, si ipse sustineat edere, nec abominetur. nā hæc duo multùm poterunt illi conferre in longo vsu, & sanare ipsum. Cibi quoque omnes, qui ex farina constant, pessimi sunt, vt itria & similia. Farcina quoque & carnes salitæ, istia luçanicæ, botelli, nihil horum ei conuenit. Ex oleribus præter cretanum marinum & mentam & reliquas diætas, conueniunt & cardui: nam confirmant ventriculum & vrinam ciunt, & appetentiam excitant, & humores dissecant. Ab asparagis tamen cauere oportet. Apium & petrosilium & herbam, quam vocant Alexandrinam, quæ est species apij probo. Ex fructibus vñæ passæ possunt edi, quia multiplicè habent vtilitatè. conferunt enim ventriculo, pulmoni, iecori: & in his eligendæ sunt pingues, recentes, dulces & tenui cortice, & mūdæ. & si quis vtatur succo earum absque cortice, melius erit. Pistaciorum verdè vsus nō debet esse simplex, sed olei tantùm. Vel hoc modo: Contundantur pistacia optimè, inde cum duplo sacchari, vel etiam cum tantundem solùm, & portione maceris fiant offæ, & coquātur in furno leuis caliditatis: & vnam ex his poterit comedere in fine prandij, & hoc erit ei vtile: vesperi autem poterit vti oleo amygdalatum recéti. Huius autem causam superius

docuimus, quādo diximus quōd in die nimis celeriter cibus à ventriculo descendit, & in nocte nimis tardē, & cur. A cæteris oleribus & fructib⁹, præterquām malis granatis dulcibus tempore magnæ sitis & ab omnibus radicibus caueat: licebit tamen quandoque edere quatuor aut sex cappares sale conditos. Cōfirmant enim vèntriculum, & Orisius refert, mouent aluum, aut vrinas detergunt, dissecāt, aperiunt obſtructions: appetentiam cibi excitant, & flatum potius diſcutiunt quām gene rent, cūm sint è genere calidorum in tertio ordine. Ex pīscibus si quādo vti velit truta, mediocris mascula & è flumine lapidoſo eligi debet, inde perca & aloſa: sed capita vitare oportet, atque hæc de genere ciborū. Fercula sint, chondrum, panis coctus, panis infusus in iure, panicum, pulmentum è carnibus, pulmentum ex ouis, oriza mala & cibus albus. De potu nō est aliqua difficultas, quia oportet ut sit vinum medium inter flauum & album: clarum suave, maturū aliqualiter astringens & odoratū omnia enim sunt iucunda & amīca ventriculo. Etsi quis per duas horas ante aliquando infundat corticem citri: nam & ipse ventriculo vtilis est, sed tenuissimum, & medium inter siccum & viridem, erit vtile. Vēl eius loca mētam vel pipinellam. Licebit & quandoq; imponere aliiquid maceris. Licet etiam in fine cibi non superbibendo edere vnam oliuam

locos

Hispanicam. Aqua nulla conuenit : sed si modo necessaria est, incoquatur macer & cinnamomum tenue in aquam, auro candenti quater aut quinques chalybeatam. R. igitur aquę 3xxxx, quę dum feruer, auri frusta quatuor aut quinq; magna & accensa in ea extinguantur, inde addantur cinamomi electi incisi tenuissimè, sed non contriti 3 fl. maceris simili-
ter 3 fl. coquantur paululum, sed vehementer, & permittatur refrigerari. De quantitate autē cibi sit iuxta somnum, ut dixi, & appetētiam, & iuxta qualitatem ipsorum ciborum. nam de cibis mediocribus aut quę multum nutriunt, aut quę sunt durę concoctionis, minus comedere oportet. De mediocriter autem nutrētibus & optimi alimenti, aliquanto plus comedī licet. Si comedit, vitella ouorum potest assumere tria, comedat etiam plus in vespere quam in mane propter causas dictas superius. Quia quod videatur concoxisse cibum vesperi, docuimus esse falsum, & hoc nisi longa obtinent cōsuetudo. De tempore oportet vt inter prandium & cœnam sint nouem horę saltem. Prandeat secunda hora diei in hyeme, & state tertia hora diei, & post cœnā tardet per unam horam, antequam eat dormitum : nec comedat, nisi bis in die, & cibos magis nutritętes vesperi. De p̄paratione ciborum videtur oleum, secundum Dioscor. multūm conuenire: nam & omphacinum confert ventriculo.

Auicenna tamen & Isaac dicunt, quod omnia olea labefactant vētriculum. Soluitur hēc difficultas ex Galeni verbis, cūm dixit, quod oleo astringentia conferunt & confirmant membra, sed reliqua relaxant. Oleū ergo omnipacatum cūm sit astringens, ventriculo confert tum aliis rationibus & lōgē magis oleum pistaciorū : quo perpetuō in edulis debet vti. Garū quoq; in cibis vtile est, & in vſu fuit antiquis. Detergit enim atque astringit: & multo magis sal, quod etiam digerit. Verūm garum gustu iucundius est. itaq; moderatus vſus confert. Inter reliqua quæ pro condimentis conueniunt, est macer: quod quidem initium caliditatis tertij gradus attingit, quamuis alibi Galenus aliter sentiat. sed de hoc de cōtradictiōnibus scripsimus. Matthiolus credit aliud esse macim, aliud macerem: neque Galenum vidit in libris de compositione secundum locos. ne que est adeò siccum, ut Galenus refert. Confert autem ventriculo multū, quia dupli substantia est hic cortex. Altera quidem parū frigida, & vehementer siccata: altera fermē tem perata in humido, & vehementer calida: quo fit ut vehementer excalifaciat & exiccat, nec tamen extenuet & confirmet ventriculum, ac flatum discutiat. At tenuet autem ac dissecat, quoniam tenuum est valde partium: quo fit etiam ut ipsum solum & aux myreplica nutrit inter optimē odorata. nam neque piper

294 H. CARDANI
neque cinamomum, nec gingiber, nec cardamomum, aut aliquid eiusmodi nutrit. Acetum in exigua quantitate admodum astringit, dissecat, appetentiam excitat: copiosum autem maximum nocet. Cetera pinguia aut omnino labe-factant ventriculum, aut astringentibus sunt commiscenda, interque nihil melius rhu: sed recenti. nam & boni odoris particeps est plata eius. Acida quoque omnia vitanda sunt: vehementer enim ventriculu laedit. Crocus non vacat astringente vi. Piper etiam quandoque, sed parcè: & non contusum, verū vix cōfractum. Ut verò de præparatione generalius loquar, quinque sunt modi coquendi edulia: elixatio, assatio, super prunas, & in veru, iurulentum atque frixum. Elixata parum nutriunt, & refrigerant, ideo vitanda omnino. Fixa quoque anhelitum cohibent, quoniam pingue cum si-ne aqua concoquitur, aduritur illius tenuior pars: quamobrem anhelitum maximè laedit. Qua ratione & summa cutis assatorum in veru vel etiam super prunas suspecta est. Si quid verò crassius est, in intima parte non coquitur, quamobrem quæ assantur in veru, vbi exhalauerit pars aquæ, continuò atque perpetuò vitulina pinguedine, aut gallinæ sunt aspergenda: nec pinguedo ipsa pura sit, sed aquæ immixta: sit autem flamma vehemens, ut celeriter excocta caro non siccetur nec adatur, neque summa pars nec intima sit usui,

Decet etiam roris marini ramulos circunducendum coquitur, at intus fœniculum includi cū passulis atque petrosilio, vitulinaque pinguedine aquæ immixta: iuuat etiam non parum dum torretur, aquam frigidam superfundere, ut calor in intima se condens, coquat carnes, & teneriores reddat. Sit autē omne quod sic torretur, succulentum: eadem quoque fermentum esse debet eorum, quæ super cratem aut prunas assantur. Iurulenta autem optima sunt, in quibus parvi pulli atque teneriores tunc aues minores coqui possunt. Quæ verò in pastillis coquuntur, non omnino mala sunt, sed tamen inferiora cæteris iurulètis, si ipsi pastilli non sint iurulenti. Sunt enim pastilli iurulèti, tum grati, tum salubres. His ergo admiscenda sunt, pinguedines, acida cerasa: sed non pruna passæ vuae, maximè nigrae, macer crocus, petrosilium, menta, fœniculus, piperis aliquid. Quæcunque enim grata sunt, iuxta Hippocratis sententiam, etiam si paulo deterioria sint, melioribus quidem, sed minus suauibus sunt præferenda. Cruda verò omnino vitare oportet, & ubi lardum adsit. Est etiam animaduersione dignum, quod ipse tanta imbecillitate ventriculi, & etiam quia non mandit cibos, sed deuorat, deberet omnino abstinere à cibis siccis, & omnia quæ edit liquefacta edere, imò potius bibere. Quapropter ei melius conferrent carnes optimè contusæ & spissæ. Et

ego scio me hoc vnico præsidio iuuasse mul-
tum Archiepiscopum vrbis. S. Andreæ. Vbi
enim est summa imbecillitas ventriculi, & ho-
mo non mandit diligenter, meliora sunt con-
tusa ex carnibus, quam carnes ipsæ. In ouis au-
tem melior præparatio est, vt cum cortice co-
quantur in aqua, aut sub cineribus & non
sunt dura, sed apala, vt vocat Galenus: & cum
modico sale & pane edantur. Ipsa etenim
mukū sunt necessaria in hoc casu. De ordine
autē dici solet, quod omnia liquida in fundo
ventriculi, ego autem potius dicerem omnia
bene nutritia, atque hæc est rei veritas.
Dico ergo, quod in initio debet accipere pa-
rū contusi, velut essent $\frac{1}{2}$ iii, & sic vt illa sit
basis toijus prandij vel cœnæ potius: quia in
cœna debet accipere plus, veluti $\frac{1}{2}$ iii. contusi
spissi, & in prandio $\frac{1}{2}$ ii. & nolo reddere ratio-
nem, ne sim prolixior. Vnum est, quod nisi
ita fecerit, ignoscat mihi ipse æger, vix pote-
rit diu perdurare. Tres enim sunt columnæ
vitæ suæ, exercitatio, somnus, & contusa, quia
non manditur, & hoc quo ad rationē vietus,
non loquitur nunc de medicamentis, aliis or-
do est, vt non bibat nisi iuxta finem ipsius cœ-
næ & prandij: & in prandio colluat bene os-
ter & quater, antequam bibat. Deinde bibat
parum, in vespere autem bibat usque ad de-
cem vel vndecim vncias, in mane autem nisi
 $\frac{1}{2}$ iii. & ita hoc modo minus bibet, & sitim
sedabit

sedabit magis. Si etiam comedere velit res confirmantes ventriculum, si sint res frigidæ, assumendæ sunt post cibum: veluti citonia condita, quæ non vitupero, modò sint facta cum saccharo. Si verò sint calida, debent assumi ante cibum. Est etiam sciendum, quod oportet ut conetur mandere panem & duriora edulia diu, & non deuorare sicut facit: & ad hæc pro mutanda consuetudine ego apponem horologium dimidiae horæ, quod tēpus vellem consumere in ipsa comeditione. Oportet etiam scire, quod diuersitas ciborum magnam difficultatem in concoquendo ventriculo exhibet. Ideo ynico cibo vel duobus ad summum intelligo, tamen exceptis bellariis, vtpote offa, pistachina aut citonio, vel saccharo vel oliua, vel cum similibus vellem esse contentus. Quandoque verò licet uti ferculis, quæ locum nutriendi habent, & multorum ferculorum, quale est hoc: Capiantur germina petrosilij, & modicum absinthij, si placet, & tria lutea ouorum, & modicum casei florentini, quem vocant marzolinum (solus enim ille vacat lentore) & optimè mixta cum malua aut beta, fiat ferculum vel solutū, vel modum of farum cum macere & modico gingiberis, & coquantur in iure pingui, & bene. Hoc enim ferculum est gratum vetriculo: non admisceo saccharum iuxta dictum Auicennæ: & scias quod res dulces ad faciendam oppilationem,

H. CARD.

X

298 H. C A R D A N I

sunt veloces. Et Paulus: Res dulces inflamant
iecur, ideo caueat ab omnibus dulcibus præ-
terquam vuis passis. De numero assumendi
cibum, constat quod non plus quam bis opor-
tet comedere in die; sed si fieret debilior, tunc
oportet assumere ter, & in minori quantita-
te. Et si contingat quod malè se habeat, nun-
quam tamen debet abstinere ex toto à cibo,
in quo peccant multi, existimantes se optimè
facere cum eunt dormitum ieuni: quia ut ha-
betur à Galeno tertio de Facultatibus natura-
libus. Ventriculi tunica interior nutritur ex ci-
bo assumpto. Et ideo tantum nutrimenti assu-
mendum est ab habentibus ventriculum im-
becille, etiam stante cruditate aliqua, quan-
tum potest nutriti ventriculus, ut pote ventri-
culus si non sentiatur cruditas, sed sit grauatus
ab alia dispositione, assumat vitellum oui: et si
sentiatur cruditatem, assumat 3i. panis madefac-
ti in iure pulli, modò cruditas sit citra pon-
dus & nauseam. Illud etiam obseruandum,
quod cum vitellus oui sit viscidus & latus,
debet admisceri aliquid quod dissecet: si que
temperatum, quale est modicum oxymelitis,
sed longè melius parum offæ ex pistaciis, aut
modicum herbæ, quam draconem vocamus:
aut cretanum ex aceto. Et scias quod superius in-
ferculo illo admisi betā, quia aperit vehemen-
ter obstructiones iecoris, authoritate Ori-
basij.

.Q. H.

CIRCA intentiones quæ ad medicinam attinent, ipsæ sunt attenuatio cum diffecatione, pūrgatio materiae, & confirmatio membrorum, remouendo malam qualitatem. Prima intentio debet coniungi cum tertia, ita quod omnia quæ diffecant & aperiunt & extenuant, confortent etiam membra. Eiusmodi etiam debent esse temperata, quoniam calida nimis calefacerent iecur, & frigida nimis nocerent ventriculo: ergo debent esse temperata, vel propè declinaria potius ad calidum quam ad frigidum, & ad siccum quam ad humidum. Et hæc possunt esse trifaria, vel talia simpliciter, velut chamemelon & stechas & acetum: vel quia sint composita ex contrariis, & fermentata, sicut sirupus acerosus de duabus radicibus & oxymel compositū, & amygdalæ sunt inter simplicia eiusmodi: vel quia sint composita ex simplicibus contrariis non fermentatis, velut si quis succum limunij aut arancij misceat cum scilla. Deueniendo ergo ad ea quæ maximè conueniunt in hoc casu, dico quod si quis admittat illud quod dicit Galenus & Auicenna, scilicet quod membra trahunt medicamenta sibi contraria & opportuna, melius esset uti medicamentis simplicibus nuper inuicem mixtis, quam quæ iam fermentescant, atque verè compositis: quamvis alibi de hoc disputauerimus. Dico etiā, quod propter dictum Galeni in libro de Prognost.

X ij

300 H. CARDANI
co ad Posthumum , vbi negat esse danda me-
dicamenta principibus quæ nō sint tutissima,
quod talia non sunt danda , quia prius impri-
munt aliquid quām trahantur à membro in-
digente, ideo nocent . Quamobrem oportet
vt nō sint vehemēter talia: aut si sint, vt prius
fermentescat. Oportet autem obseruare duo.
primum, vt sint odorata : quia omnia odorata
conferunt ventriculo , & omnibus membris
principalibus. Secundum, quod non sint dilu-
ta multūm, quia talia generant flatū, & augent
materiam ascitis: etiam quod sint calida virtu-
te & sicca, habent necessariò partem frigidam
& humidam. & hæc etiam causa quare ascitici
perpetuò & vehementer sitiāt: & tamen mor-
bus est frigidus & humidus, & sit à frigida in-
temperie iecoris vt plurimum . Nā cùm aqua
illa præter naturam ibi contenta, tum quia ibi
retinetur absque motu , tum ob calorem pu-
trescat & corrūpatur , & ideo sit calida & sic-
ca. hoc enim declaratum est à nobis in libris
de Subtilitate, quod omne putridum , in quo
non est facta separatio partiū, necessariò est
igneum, & ideo vapores ascendentes faciunt
situm adurendo humidum toridum , & exic-
cando quod est in ore ventriculi. Est etiam a-
lia causa , quia humor est corruptus in venis,
ex quo non potest generari humidum tori-
dum. Reuertendo ad propositum , dico quod
præparantia erunt eiusmodi. R. oxymelis sim-

plicis 3ij. succi arancij 3 iiij. absinthij cuscute
seu cassuthæ & stachadis contritorum añ 3 fl.
maneant in balneo tepido maria per quatuor
horas, inde colentur diligenter, & exhibeatur.
Aliud. Recipe oxymelis scilitici 3 vi. succi limo-
nis ter colati 3 ij. absinthij, nucis muscatæ, spi-
cæ nardi añ 3 fl. maneant in balneo, vt suprà,
colentur & propinentur. Aliud. Recipe succi
cicoreæ 3ij, absinthii, cuscute, spicæ nardi, aſ-
plenij añ 3 fl. ferueant, vt suprà. colentur bis
aut ter, & propinētur. Aliud singulare. Recipe
eupatorij, seminis altheæ, chameleli, glyciri-
zæ añ 3 i. coquantur in balneo maria leuis-
fimo cum 3 vi. iuris pulli, ita vt nō bulliat: co-
letur & non comedat donec beneficium ven-
tris aut copiosam vrinam habuerit: & deam-
bulat quantum potest, antequam comedat.
Aliud paratu facile. Recipe serapij de bisantiis
vel de eupatorio vel de absinthio, si ventricu-
lus multùm laboret, 3i, specierum diacucur-
mæ 3i. misce, & capiat in forma boli hoc
modo: Addatur speciebus tantum ex illo siru-
po, vt reducatur in formam boli, inde bibat re-
liquum sirupi cum modico iuris. Aliud vlti-
mum in hoc casu. Recipe centaureæ trissagi-
nis, seminum petrosilii, radicum cappatis añ
3 i. ponantur in balneo tepido in 3ii. succi fœ-
niculi. coletur, vt suprà. Quod si velit præsen-
tem utilitatem, imponantur hæc quatuor di-
cta absque succo fœniculi in 3ii, aquæ arden-

X iiij

302 H. CARDANI
tis factæ, vt infrà cū ʒβ, sacchari rosacei neꝝ
politani, & habebit medicamentum vltimum
in securitate, in iuuamento, celeritate opera-
tionis, & satis suave, & maximè si subducatur
centaurium. Ex compositis autem oxyacan-
tha, pastillus est vltimum: resoluit flatū tym-
panitidis, confirmat ventriculum, aperit ob-
structiones iecoris & lienis. R. succi liquiri-
tiæ, oxya canthæ rosarum, seminum cucume-
ris añ 3 iii. mastiches spicæ, eupatorii añ 3 ii,
rhapontici veri vel rhabarbari croci añ 3 i.
seminis endiuiaæ, cassuræ añ 3 iii, spodii ʒβ.
terito subtilissimè, leuigato, & cum manna
confice pastillos. Laudantur & pastilli ex ab-
sinthio & dialacca. Pastilli quoque berberis,
Sopitum antidotum ac talia, & hæc de præ-
paratione. Fuit etiam laudatus syrpus acetosus
diarodon, & species diarodon & aromati-
ci rosati vtriusque descriptionis. Sunt & spe-
cies aromatici nardini optimæ.

Qvòd ad euacuationem autem attinet,
antequam ad eam deueniamus, scire oportet
an materia sit præparata: quod quidem diffi-
cillimum est ob turbulentiam vrinæ, & ideo
cùm oporteat, vt simus in casu Hippocratis,
concocta medicari atque mouere non cruda,
modò non turgéant, sequitur vt non parum
periculosa sit purgatio. Est etiam alia ratio,
quia Princeps dicebat in capite de cachexia:
Oportet vt cōsideres ne ventriculus illorum

lædatur à solutiuis, & ideo oportet vt ponas
in medicamentis eorum quæ confirmant vē-
triculum, velut lignum aloes crudum. item,
quia in capite de cura tympanitis inquit: Et
non sit multiplicatio solutiuarum, et si causa
hydropis fuerit, debilitas ventriculi confor-
tetur ventriculus: quasi velit innuere, quòd
in hoc genere hydropis raro vel nunquam
conueniat euacuatio. Maius est quod Aëtius
libro decimo, tractans hanc curam, ne v-
num quidem medicamentum in hoc genere
morbi scripsit, sed solis epithematibus con-
tentus esse videtur. Quod etiam Alexander
longo processu curam exordiens, in tertio li-
bro obseruare videtur: nam nullius medica-
menti purgantis meminit, sed solis etiam con-
tentus epitematibus, & ratione victus. Paulus
tamen vult, vt aqua in tympanitide expurge-
tur, & eo magis in asciti: ob id cōcludo, quòd
ratione tympanitis cauere oporteat maximè
medicamenta purgantia. Et ego verè obser-
uavi plures tympaniticos, & vidi quòd ex af-
sumptione medicamentorum lædebātur: nec
vllum vsque nunc ex purgationibus consuetis
iuuari vidi, & multo minus sanari, nisi semel
ex medicamento valido, quod non describo.
Et ratio est etiam clara, quia vētriculum horū
patientium, est admodū extenuatus & tenuis
vt charta: quòd ex dissectione appetat. Est etiā
aliud obseruatione dignū, scilicet quòd Aui-

X iiii

cenna in capite de Ascite inquit : Et aloes so-
lum est malum valde epati, quare oportet ut
abstineat ab illo, nisi propter necessitatē, aut
cūm fuerit bene correctum & ideo propter
tot difficultates nō cautē, sed cautissimē pur-
gandus est, cūm damna purgationis sint ma-
nifesta & præsentia, vtilitates autem obscuræ
& incertæ, & ambiguum tempus atque occa-
sio. Quia tamen ipse nō vtitur exercitatione,
quod optimum censetur ab Auicenna : dicit
enim loco suprà adducto, Illud quo melius cu-
rantur, est exercitium temperatum. Et alij ce-
lebres authores dixerunt, quosdam sanatos so-
la vectatione. Ideo necessarium est ut purge-
tur, non tanquam adepturus magnam vtilita-
tem ex hoc, sed potius ob necessitatē. Opor-
tet autem obseruare canonem Auicennæ, vt
purgatio sit leuis & frequens potius, quam va-
lida & rara. Item oportet vt sit triplex, par al-
uum & per vrinas & flatus, vt omnes autho-
res concordant : & non oportet tamen vt v-
tamur vehementer prouocantibus vrinam.
Rursus clysteria in hoc casu multū laudan-
tur plusquam medicamenta , propter propin-
quitatē & epithemata : in ascite dico, & prin-
cipio etiam tympanitis. nam tympanites con-
firmata sæpius prohibet clysteria. Ex quo se-
quitur, quod cūm ipse sit priuatus vtilitate e-
pithematum , quia vix potest ea ferre propter
spirandi difficultatem , ideo priuatus est ma-

gna parte commodi. Ego tamen describam
illa si vellet tolerare, super omnia vero habe-
mus occasionem purgandi, cum ex urinis ne-
que excrementis alii non possimus illam de-
prehendere. Ideo dico, quod tribus signis aliis
concocta materia a cruda dignoscitur, pra-
parataque a non preparata: primus est, quod
corpus non adeo laeditur sicut antea atque
hoc colligitur secunda Aphorismorum in co-
mento illius Aphorismi, Cum morbi inchoat,
si quid mouendum videtur, moue: cum vero
consistunt ac vigent, melius est quietem ha-
bere. dicebat ibi Galenus, In status salubris
morbi tempore, cum materia concocta sit,
omnia symptomata remittuntur. Contigit er-
go si adsit febris, remissio illius: si autem non
corpus sentit quandam titillationem, quem-
admodum patiuntur qui Veneris desiderio
absque alio incommodo detinentur. Sentiunt
enim gravitatem atque molestiam leuem cum
casu nonnunquam appetitus, viribus tamen
valentibus & corpore vegeto. atque inter
cetera hoc maximum signum est coctionis
& preparationis materiae, somni tranquillitas
atque prolixitas. Secundum signum colligi-
tur a Galeno tertio de Praesagio ex pulsibus
dum agit de temporibus febris: & est, quod
cocontractio redditur tarda in pulsu cum aliqua
velocitate in distensione. ostendo modum quod
ita sit, nam si materia est concocta & prepa-

*Materia cō-
cocta quo
modo sine
urina di-
gnoscatur.*

rata, non eleuantur sumi praui : & ideo tardior redditur contractio, intellige in febris in aliisverò tarditatem quidem contractionis, imò & raritatem quandam, vt secundo de Præfagio ex pulsibus. Velocior quidem cùm sit extensio, ac longior. quies, quæ antecedit contractionem tum etiam ob ipsius contractionis tarditatē rarer videbitur : sed & quæ sequitur contractionem, mediocris erit. Cū verò rara sit contractio, frequens autem sit extensio, fit vt pulsatio moderata tota sit. Itaque vbi non adsit febris, contractio tamen atque distensio velociores iustò erunt, & præcipue contractio, & frequentiores quām in sanitate: tardiores verò, & maximè contractio, atque rariores quām ante concoctionem & præparationem. Rursus cùm plenitudo ipsa inæquales soleat facere pulsus, & paruos, atque ob id crebriores : cùm materia ipsa melior facta fuerit, minus naturam prægraabit: erūt igitur pulsus fermè æquales & maiores, & ob id etiam minus crebri. Tertium signum est mutatio ipsius vrinæ, quām probat Hipp. nisi ad mala mutatio fiat, & similiter in extrementis alui, & quædam voluntas euomendi, atque satietas. Licebit & vrinas diu permettere in vrceis : quānquam enim non rectè sedimentum secernant, tamen melius una die quām altera, & maximè post longam quietē. Pars enim grauior vbi pinguedinis portio

tenuior ob præparationem absumpta fuerit,
aut saltem separata ab elemento terreo, facit
ut quod terreum sit, descendat ad imum:
quod & experimēto succedit. Tametsi enim
neque exacta concoctio nec præparatio ostē-
di possit, apparent tamen indicia mediocris
atque melioris coctionis. ea verò quamuis in
vrinis solūm mediocris videatur, nihilominus
eriam absoluta esse poterit. Quamobrem li-
cebit tum vtiliter expurgare, & maximè cum
leuibus atque innoxiiis medicamentis, vt di-
ctum est. Licebit etiam & coniectura id asse-
qui, cùm post longas præparationes serapio-
rum nulla facta est excretio: & post frequen-
tes mutationes vrinarum iam amplius nulla
sit mutatio, sed in eodem statu manent. Licet
enim ex his coniectari, materiam esse præpa-
ratam atque concoctam. Ut verò omnia uno
verbo complectar, postquam non licet exacte
cōcoctionis signa ex vrinis deprehēdere, eas
obseruabimus cùm copiosius excernuntur, cū
aliquo modo quod cōtinetur, cùm post diem
vnam pars crassior secedit ad fundum, idque
crassius est quam antea: vrina verò & clarior
& minus colorata, cùm pulsus sunt meliores
atque pacatores, cùm somni sunt longiores
atque tranquilliores, cùm ipse vegetior ac lă-
tior fuerit: cùm quandam senserit leuem nau-
seam, verum tamen sine gravitate in ventricu-
lo: cùm vēter fuerit mollior. Obseruare etiam,

debemus, postquam illud verum est quod dicebat Galenus decimo Artis curatiæ, dum de tabificis agit in morbis maximis: Quælibet noxæ, quantu[m] minimæ, exitiales sunt, quod in hoc casu maximè verum est: ut temporis constitutio sit mollis, temperata absque ventis, potius pluviosa, quam valde secunda. Sitque luna ab omnibus solis radiis noxiis immunis, scilicet quadratis & oppositis: libera quoque ab aspectu maleficarum, absit solstitium & aequinoctium: non sit etiam in coniunctione Iouis neque Veneris, sed in quadrato vel in opposito, vel trigono vel sextili. Signa autem optima sunt, atque in quibus Luna debet constitui, Cancer: deinde Libra, deinde Pisces, deinde Gemini. Pessima sunt Leo & Scorpio. Aries Taurus sunt bona signa, nisi quod vomitum faciunt: sicut & Capricornus. Aquarius quoque malum est signum, quia medicinæ parum operatur, licet sit tutum & minimè concitans vomitum. Virgo & Sagittarius non sunt valde mala, nec tamen bona. Atque hæc de occasione.

Hæc visis dico quod per alu[m] purgationes duplices sunt: aliæ quidem, quæ parum trahunt à remotis: aliæ quæ multum. quæ multum trahunt à remotis, non sunt idoneæ, quia trahunt ad locum debilem, & euacuant quod non est necessarium, & multum debilitat, & mulsum calefaciunt, vt Galenus in prima Aphorismo-

rum iuxta finem libri: Medicamenta purgantia calida sunt, ut etiam declaratum est superiorius. Oportet ergo ut medicamenta trahant aquam, & non aliud, & hoc ratione materiae coniunctae: quia ratione materiae aggregatae propter superfluum ocium aliud est dicendum.

Sunt etiam multa medicamenta ex oleibus, quae purgant iucundissime, quorum usus exoleuit propter pharmacopolas, velut asarum & cinocrambe, quae soluit bilem, pituitam & aquam, est autem mercuriali non absimilis, & marina brassica, quam vocamus soldanellam. Est etiam tripolium, cuius radix est in usu pro turpeto: mutantque flos eius, ut dicunt, colorem ter in die. Centaurium quoque purgar bilem & crassos humores, euacuat quoque usque ad sanguinem. Deueniendum est ergo ad singularem illorum descriptionem.

RE: soldanellæ recentis & viridis 3*i.* absinthij, asari $\frac{1}{2}$ *lb.* subtilissime terantur, & cum sirupo de succo ebuli, & saccharo fiat bolus. Deinde si vult, mandat 3*ii.* manæ electæ calabrensis. Aliud medicamentum. Recipe soldanellæ, asari $\frac{1}{2}$ *lb.* (electæ semper intelliguntur) succi mercurialis 3*iii.* ferueant in balneo mariæ per horas quatuor: inde coletur, & ei addantur corticis cinamomi interioris 3*i.* disoluantur in eo manæ electæ calabrensis 3*ii.* bibat & non edat post quinque horas. Liber etiam pro tertio medicamento medicamen-

310 H. CARDANI
tum Auicenæ ex Galeno, quo curauit senem
amicum suum asciticū ex causa calida descri-
bere : & quamvis possit legi in ipso codice,
quia tamen vix potest intelligi & est barbara
satis elocutio, describam illud commodius.
Inquit ergo: Curaui senem amicum meum af-
ficicum, ex causa calida cum viribus imbecil-
ibus alui ipsum carnis hœdi assati, & car-
nibus minutim incisis ex aubus, maximè per-
dicibus & pane, cui furfur permixtum erat, &
lentibus cum aceto. Ita tamen ut abstineret
omnino à iuribus, nisi quod in die in quo da-
bam medicamentum permittebam ut vtere-
tur iure carnis elixatae in aqua cum aceto &
melle cum cumino. Nam acetum maximè
corrigitur noxa medicamentorum conueni-
entium asciti, & maximè calidæ: & permitte-
bam etiam ut comederet carnes cum aceto
mediocri. Purgabam autem hoc medicamen-
to. g. mirabolorum citrinorum 3vii. fu-
miteræ 3viii. absinthij eupatorij seminis, endiu-
uiæ rosatum spicæ nardi an 3ii. endiuiaæ viri-
dis pugillum vnum. coquantur in tb iii. aquæ
ad consumptionem tertiae partis. Sed ego cre-
do quod dicere velit duarum tertiarum : &
postquam excolauit ipsum, addidi 3x. sacchari,
& dedi in potu. Dedi etiam catapotia ex lacte
esulae cum saccharo, vel cum carne ficuum.
Inde dabam serapium ex omphacio & ribes.
Epithemata quoque ex luto armento cum a-

ceto & aqua applicabam super ventrem, vel ex farina hordei & milij, & stercore vaccino atque caprino, & cineribus quercus & vitis & nitro atque sulphure. Quandoque verò faciebam emplastrum ex condisi seu radicula vel herba lunaria, quæ struthion vocatur à Græcis, & thimelia, super iecur verò imponebam *lunaria* *thymelaea* infrigidantia epithemata, & maximè ex santhalis. Quandoque etiam purgaui ipsum cum sirupo rosaceo, in quo thimeleam iam infudera-ram, & concessi ei vsum sacchari & ficuum siccarum & amygdalarum, & præcepi ei ferre sicutim: sed cùm non poterat, dabam acetum cū aqua commixtum, & quandoque exhibebam folia thimeleæ cum lacte ficuum, & dabam ante cibum & post cibum, & nunquam dimisi cum aliquo die, quin ipsum purgauerim. Hoc autem quod dixerit se dedisse medicamentum tam validum post cibum, quibusdam videbitur absurdum, aliis admirabile, mihi verò non ita, qui sciam Augustinum Tornarium, virum nobilem aliquando curatum ab hydrope solo potu decoctionis radicum gineſtæ, vel aqua destillata ex illa, sumebatque eam ante cibum cum cibo, & post cibum, & sanatus est perfectè. morbi enim validi non curantur cassia nigra aut rhabarbari exigua sumptione in quindecim diebus semel. vt enim temerarii medici est in morbis tutis validioribus uti præsidiis, atq; periculosis, ita imperitissimi est, quos alia

via sanare posse non speramus, non audere quod præceptum Galeni est decimo Artis curatiæ, dum de tabificis loquitur, & dictum Hippocratis: Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt, intelligitur non solum de morbis extremis in magnitudine, sed in genere, cuiusmodi est hydrops. Qui enim utroque modo sunt extremi, sunt prorsus insanabiles. Sed hæc non conueniunt, quia non sumus in vera ascite: adduximus tamen hoc exemplū Galeni, quia multa sunt quæ nostro proposito conueniunt, velut soluere vētrem quotidie, emplastrum ex santhalis, & potio illa, ut ita dicam, benedicta: & ferre sitim, & non vti iuribus. Quartum medicamentum saltare, & periculo vacans.

R E C I P E lactis caprini nigrarum caprarū vncias centum, lactis ficalnei pondus aurei dimidii, misceantur & tepefiant, ita ut lac coaguletur celeriter: inde accepta aqua, bulliant perpetuò despumando, donec perueniat ad 3x. inde sumantur asari 3ii, agarici optimi mūdi 3i, thabarbari electi 3l. infundantur per noctem, inde ferueant cum 3l anisi, & coletur ita, ut remaneant 3 vi. vel parum plus, & hoc est medicamentum optimum non solum ad hydropem, sed etiam ad difficultatē spirandi. Cui etiam conferunt reliqua supra scripta, et si inueniretur lac camelarum, posset fieri medicamentum ex eo: imò ipsum lac solum sufficeret.

ceret. Medicamentum aliud ex Auicenna, & est mirabile : Accipe capram, & cam nutrias abrotono & timelea & abstrahio odorato, & soldanella & cichorio & asaro, & cassutha & endiuia, & si homo vtatur hoc lacte tantum, & pane absque alio medicamento, sanabitur dico ab ascite, quæ est fundamentum tympanitis. Iuuat etiam distillare vrinam caprarum per balneum mariæ, & purgat maximè cum manna. Verumtamen quia lac est flatuosum, & non oportet diu insistere in illo, sicut neque in clysteribus, quoniam ista magis conueniunt asciti, sicut etiam ea quæ prouocant vrinam. dicebat etiam Auicenna: Oportet ut in tympanitide euacuetur humor humidus, si pendet ex ea, & vtamur aspersione atque incisione, sicut in ascite. Vtemur autem prouocantibus vrinam, & refrigerantibus simul, quale est istud. p. succi cicoreæ purgati ʒ ii, spicæ nardi ʒ ii, erithrodani ʒ i. lenigata dentur in potu. Aliud melius. p. succi cassuthæ purgati ʒ i ʒ, trociscorum ad incipientem hydropisim Auicennæ in antidotario. ʒ ʒ sumantur septem diebus continuis. Descriptio alia medicamenti boni.

RECIPE aquæ vitæ primò destillatæ ex vino albo odorato libras ij. asari, cassuthæ, absinthij vitidum aū 3 x. aloes epatici abluti cū succo rosarum ʒ ij, misce, & concluso vase optimè sepelies per septem dies in fimo equi-

H. CARD.

Y

no, postmodum destillabis per balneum matræ cum luto sapientia, donec remaneat fæces siccissimæ: in hanc aquam immittantur sachari rosacei solutiui, quatum est quarta pars aquæ, & concludatur vas optimè, & maneat per vigintiquatuor horas in balneo mariae tepido, & capiat de hac 3 ij. singulo mane donec sanetur. Purgat enim quotidie, & restaurat ventriculum & iecur, & est suave valde, & boni odoris: & aperit obstrunctiones omnium viscerum, sed oportet facere saltem decem libras ex eiusmodi medicamento. Post haec deueniendum ad ea quæ resoluunt flatum, & ex suppositoriis est illud Auicennæ, quod constat ruta, nitro & cumino, melle excepto. Emplastrum Alexandri ad hoc: g. aluminis, nitri, sulphuris viui, thuris crassioris, resinæ frixaæ an 3 iij. picis aridæ naualis, ceræ nouæ an 3 vi. olei veteris 3 iiiij. aceti quantum satis ad dissoluenda medicamenta. Hoc ceratum dissipavit flatum & omnes internas affectiones. Est etiam longè eo melius ceratum persarum de lapidibus descriptione Ætij, sed difficulter conficitur. Frictio quoque ventris cum succo allij dissoluit flatum: tamen nimis calefacit, & fœtida est, & caput petit. Subscribenda sunt autem medicamenta ex Ætio. Primum est ex cochleis cum cortice: quod quidem non separatur, nisi penitus absunta aqua. Ex simpli cibis sunt lathirys, tertium sterlus captinum,

quartum est squamma artis. Hæc tria tamen
velut & cucumber agninus nō multum in hoc
casu conuenire existimo. Tum quia asciticis
magis conueniunt, tum quia validiora quā
pro morbi magnitudine & nobilitate perso-
næ. Ad tympanitem autem magis, quod con-
stat ex pane cumino & pyretro, amaraco &
struthio. Sunt qui admodum laudent stercus
aquilæ: ego scio efficax esse medicamentum:
an tutum sit nescio, neque an ad vnguem con-
ueniat tympaniti. Quæ verò ad tympaniti-
dem magis faciunt, sunt thus, dragachantum
& libanotis cum melle. Sunt etiam potiones
quædam temperatæ, velut ex carne cancrorū
excicatorum. & iuncus odoratus, & clauer &
phu, quod est valeriana, & polium & amara-
cum & calamintha & myurus herba, & nitrū
exterius, in rius autem: exterius etiam alumen,
& aquæ calidae & smyrnum, & vmbilici Ve-
neris radix & solanum hortense & granum
cnidium. Compositio vrinari ciens.

g. seminis fœniculi, cardamomi radicis,
eryngij corticis, radicis capparis cuiusque 3 i,
stercoris columbini cochlearia duo, contere
& confice cum aqua catapotia ciceris magni-
tudine, & quinque ex eis quotidie præbe. Po-
tus hydropicis commodus, experimento cō-
stantis, qui tum per vrinas tum per ventrem e-
vacuat: caroi 3xxvij, fœniculi 3xiiib, alias vn-
gias pro scrupulis anisi 3xiib, cumini lati 3v,

Y ij

316. *JOHN CARDANI*
 mei sexquiserupulum, iridis siliquas tres, mel-
 lis sesquilibram, vini lib. vi. exhibe mensuram
 mediocrem ieiunis in infuso solij balnei præ-
 calefacta, est & suave gustu. Alius potus ciens
 vrinam, ex cuius vsu insignem virum tympano-
 nite detentum seruatum vidimus, etiam si à
 multis medicis iam esset detritus. Ammonia-
 cit thyamatis sextantem, radicis herbae lon-
 chitidis sextantem, petroselinii sexquiunciam,
 calami-indici, cocti, cinamomi spicæ nardi, pi-
 peris longi myrræ stactes singulorum 3 i, se-
 minis rutæ quadratæ, phu. 3 iiiij. styracis 3 iiiij
 phylli quadrantem, mellis despumati quantū
 sufficit. excipe melle, fabæ, Egyptiæ magnitu-
 dine, præbe cum calidæ aquæ cyatis tribus.
 Emplastrum nostrum, quo ego plures seruaui.

R E C I P E foliorum rutæ, eboli an lib. iiij.
 excipe succum, & cum corticibus araciiorum
 contritis fiat emplastrum. Sacculus noster,

quo aurifinem quandam sanauit.

R E C I P E steroris caprini 3 iiij. erithro-
 dari 3 i. cumini, iunci odorati singulorum m
 i. salis nitri purgati 3 i. spongiae minutim in-
 citæ 3 ij. omnia præter spongiam terantur, &
 sacculo indita perpetuo super ventrem te-
 neantur.

V B I verò sanatus fuerit ex humore, expe-
 dit fasciis puluere thuris & libanotidis insper-
 fis vincire ventrem, atque rationem victus ob-
 sergare. Et per intervalla accipere aromaticū

nardinum autoxyacatham, pastillum superius
descriptum, in quibus pro singula libra adsit
z illi, pulueris germinum cebuli virulentum, &
in furno exiccatorum. Utilitas ympaniidis cura
successerit, ad difficultatem spirandi nos con-
uertere decet, atque ea constat tribus auxiliis
peculiaribus; ecclegniate, medicamentis, inun-
ctionibus: Ecclegnia simplex, sed perpetuo
continendum in ore, est oleum pistaciorum,
quod tota nocte debet teneri in ore. Aliud fa-
cile. Zulapium ex capillo veneris, commiscea-
tur croco, ita ut in singulis vnciis zulapij 3*lb.*
orientalis croci sic misceatur, ut discriminem nul-
lum apparet. Sunt & alia notissima: ex scilla
piqi nucleis, de caulis, ex pulmone vulpis, sa-
num & expertum. Aliud: *id est in invenienti*
R E C I P E sanguinis suilli recentis, carnis
limaciarum an iibi pulmones vulpium nume-
ro *iiij.* catnium bubonis *z viij.* destillentur per
balneum mariae in vase vitreo, inde commix-
ta aqua saccharo teneatur in ore, ut sensim de-
scendat. Utile est etiam haec aqua, si ex ea bi-
batur *z iiiij.* cum *z iiij.* sacchari & granis *vij.* cro-
ci. Ecclegnia nostrum sua uissimum.

R E C I P E mellis virginis repurgati *z iiiij.*
manæ electæ pinguis ac recentis *z iiij.* zulapij de
capillo veneris *z i.* auri puri folia numero *xii.*
misce in mortario optimè, & de hoc teneat
in ore. Mel sic repurgatur, cape mel virginis,
& pone in vase vitreo; quando est liquidum,

Y *iiij*

& singulis tribus diebus partem spumosam & sordidam auferto. De medicamentis est aqua suprascripta hoc modo (post quadraginta dies, quibus utetur medicamento infra scripto) capiet alternis diebus 3 iij. cum 3 ij. sacchari: immissces & puluerem hunc.

R E C I P E sanguinis bubonis siccatai, pulmonis vulpis siccii aui 3 i. croci grana v. terantur subtilissime, capiat cum dicta aqua tardando cibum quinque horis. Medicamentum quadrageinta dierum, cuius supra meminimus.

R E C I P E aquæ Padi fluminis lib. xxx. coquantur donec redeant ad xv. in illis xv. lib. aquæ imponantur cicerum tubeorum 3 vi. si napis in linteolo ligatæ 3 ij. permittantur per horas xxviii in cubiculo calido, inde abiecta sinapi coquantur in eadem aqua, donec aqua redeat fermè ad ibi. post coletur exprimèdò ciceres per linteum tamè spissum, & de hoc capiat ab 3 vi. usq; ad viii. cum 3 i. croci, continuando per dies xxxx. & nunquam interim exponat se frigori, nec comedat usque ad sex horas. Est manifestum, quod hoc decoctum satisfaciet ei pro duabus vicibus. Caveat etiā ne assumat illud, dum sentit cruditatē in ventriculo. Exterius applicanda sunt hæc. R. butyri recentis 3 ii. olei amygdalini tantundem, succi corticum aranciorum, qui prouenit expresso cortice leuiter & sine contusione grana vii. misce, & inungatur dorsum & pectus,

& maximè inter quintam & septimā costam,
vbi pulmo tangit pectus. Aliud melius. Destil-
letur butyrum per balneum maria, & miscear-
tur cum oleo amygdalarum, & succo illo &
 $\frac{3}{2}$ i. aquæ vitæ septem coctionum, & inunga-
tur ut suprà.

Quod si per hæc auxilia non iuuaretur, de-
ueniēdum est ad exhibitionē aquæ thermarū,
aut decocti ligni Indi, in quo obseruare o-
porteret ne afflumat corticē in hac causa, quia
difficultatē spirandi facit: vnde sequitur, quod
aqua nō vino vti oportet. Quidā tamen ē col-
legis, vir clarissimus, dicit se obseruasse corti-
cis vsum etiam innoxium patientibus difficul-
tatem spirandi: quod si ita est (malo enim illi
credere quā mihi) & cortex & vinum posset
exhiberi. Dictum tamen est per alium colle-
gam clarissimum, quod bonum est ab initio
subsistere ab exhibitione vini, & videre an su-
perfluo calore afficiatur à potu aquæ. Mense
ergo Maii, si alia non profecerint, sumat hoc
decoctum ab initio mensis.

Re. ligni Indi bene olentis & acris gustus,
& tenuiter derasī $\frac{lb}{3}$ i. cubebarum 3 y i. labru-
scæ viridis m i. infundatur lignum in aquæ $\frac{lb}{3}$
 xv per viginti quatuor, inde coquantur ad
consumptionem quartæ partis: pòst addantur
cubebæ confractæ & labrusca, & permittatur
decoqui ad consumptionem alterius quartæ
partis, deinde coletur, & de hoc bibat $\frac{3}{2}$ vi.

Y iiiij

mane: & si potest sudare, sudet. Primis quinque diebus abstineat ab omni cibo, sed sit contentus pane leuisimo suprascripto & vuis passis: & si non potest ferre inediā per quinque dies, ferat saltē per tres. Bibat etiam cum cibo de hac aqua usque ad triginta dies saltē, & nihil aliud, nisi quod singulis tribus diebus aut quatuor bibat 3 v. vini flavi subdulcis odrati, & hoc si ventriculus videatur illi debilis, vel vehementi desiderio vini teneatur: interdiu nō bibat aquā, nec aliud, neque enim multum sitiet ob labruscam, nec se exponat aéri, nisi tráquillo, sereno, calido, & ante prādiūm, vel ante cēnam. Aqua deberet fieri singulo die: & ideo pro medietate tantū, vel ad summum alternis diebus. Post illos quinque dies, vel post tres, si non potuerit tolerare in mane hora duodecima comedat solum panē & passulas, ut dictū est: in vesperi autem hora xxij. edat per diem aut pullum, aut columbum sylvestrem ruanem, aut duas aues paruas, quales sunt turdi, merulae, aut galinaginem: aut galliam auem, quam nos vocamus pauonculum cum unis passis etiam. Antequam vero assimat hoc decoctum, purgetur cum manna, & his quae superius dicta sunt. Et hæc est opinio nostra de potu aquæ ligni. Clarissimi collegæ addiderunt super hæc in decocto absinthium, tichorium, asplenium, eupatorium, passulas: quæ omnia cum santhalis, quæ à nobis com-

memorata sunt, maximè conuenient, vt nihil melius: verùm adeò ingratam reddent potionē, vt vix eam perferre possit. Si tamen perfert, erit admodum vtilis: & ego eam maximè laudo. De aquis autem thermatūm, quia tēpus exhibendilongius abest, dicere supersedeo.

Quod si nec ex his soluatur morbus, ut propter contumacissimus, fontes fiant sub genū in vitroque cruce. Fontes enim hi trahunt materiam ex profundo, quamvis videantur ignotis suis antiquis: nec scio aliquem auctore Græcum aut Latinum, aut Arabem, qui de hoc tractauerint. Propter hoc existimō opportunum esse, ut hōc loco hanc doctrinā breuissimè expadiam. Omnis dolor sit circa mediocritatem, & non sit ex mediocritate, ut ex temperamento, id est, quod illud quod debet facere dolorem, oportet ut generet intemperiem & generet in mediocri tempore: quia si nimis celeriter aut tardè dolor non sit, aut valde exiguis, ergo si fiat escharoticum, quod celeriter operetur: vel tardissime nullum faciet dolorem, aut valde exiguum. Et ideo describam duo genera escharoticon, quorum unum operatur in vigintiquatuor horis, & nullum facit dolorem propter tarditatem.

g. calcis viua, saponis Gallici aut partes aequalis: misce & supponatur. Appello saponem Gallicum, saponem nigrum, seu tenerū, alterum propter celeritatem minimum affert

*De Fōtibus
vulgō voca-
tis cameris
potētialibus
seu fonta-
nelli.*

¶. capitelli tb ij, calcis viuæ tb 3, cineris roboris 3ij. His contritis superfundatur aqua, & post horam educatur, & statim superponatur alteri calci viuæ & cineribus, & ruris excipiatur: post superponatur tertio alteri calci viuæ & cineribus, quibus addatur chalcanthi contriti 3iib, & post horam tollatur: ultimò superponatur tantundem calcis viuæ cineris & chalcanthi, & addantur æruginis in puluem redacti 3ib: & post horam excipe aquam, & eam coge lento igne, & prolixiatur super lapidem marmoreum, & ita cogetur & conservetur in vase vitro in loco sicco. Modus operandi talis est. Accipe ceratum diaquilon simplex, & extende super cortium rotundum, & in medio eius fac foramen rotundum quantitate grani milii Indici, seu melegæ & superpone ceratum loco: deinde madefacito è directo foraminis cum saliu: deinde superponito escharoticum, & super escharoticum superponatur ceratum aliud diaquilon simplex, & ligetur locus, & nullo modo moueatur. nam in motu magnum est detrimentum, & maius periculum. Melius autem fit cum ferro: & ideo dicebat Rinaldus de Villanova in parabolis: meticulosos tatummodo conuenit uti medicinis. Quo ad locum dicebat idem ibidem, quæ sunt educenda per escarotica medicamenta inter musculum & musculum prope locum,

& prope venam magnam: quæ à loco ipso derivetur facta sinu, sunt educenda. Ex quo patet, quod tres conditiones debet habere talis sinus, quod sit inter musculum & musculum, ne laceratur motus: & ut melius materia colligatur, quod sit è directo loci patientis, iuxta doctrinam Galeni κατὰ ιζην, & hoc est melius quam prope: quod sit prope vas magnum, veniens è loco. Addo duas alias conditiones, quod non sit nimis profundum, ne transeat in vlcus chironiū, & ne sit in loco obnoxio motui, ne ex quaevuque causa proritetur à motu. Fiat ergo sub genu per quatuor digitos in parte domestica, si nolit equitare: in sylvestri, si velit. Vtrum verò propè an procul, dico (nō in hoc casu tantum, sed in omnibus aliis, quia de hoc auxilio nullibi tractauimus, nisi hic, ut faciamus perfectam doctrinam) quod statudus est sinus prope locum affectum, si materia sit pauca & procul: si sit multa, dummodo tam in medio non sit membrum principale, super quod vas illud transeat quod derivetur ad locum. De utilitate dicebat Rinaldus loco supradicto, materia quæ nō potest deduci per naturales locos vllis medicinæ instrumentis, prope locum per sinus est educenda. Et est sumptum ab Auicenna quarta quarti, vbi agit de vlceribus. Natura expellit (inquit) ad ulcera residuum superflorum, quæ in morbis generantur. Et ita patet, quantum in utilitatis in

§24 H. CARDANI
hoc casu fontes afferre possint. Custodia ve-
rò talis esse debet excidente eschara, quod sit
plerunque iuxta septimam diem: imponatur
cicer cum acie infra, & ligetur ita quod perfo-
ret sensim carnem sine dolore tamen, quod
contingit propter corruptionem eius: ubi ve-
rò caro perforata fuerit, quod contingit post
vnam diem, plerunque imponatur sphærule
ex cæra alba, & ligetur sic, ut comprimit car-
nem sine dolore tamen, interponendo lanam
aut cotum inter vinculum & sphærule. Quod
si locus inflammetur, inungatur ingurca oleo
rosaceo omphacino. Sin autem consolidetur
nobis inuitis, fiat puluis ille descriptrus in li-
bris de Subtilitate, ad carnem nariū, & in col-
lo vesicæ exedendam, & imponatur sub pila:
quia longè melius est præcipitato, à quod om-
nino cauendum est, quia offendit tēspiratio-
nē. Et hæc de tertia intentione & auxilio fon-
tium generaliter dicta sint.

DEVENTIENDO modò ad proprium ca-
sum, periculum est ne ex fontibus ulcera præ-
ue euadant, non solum iuxta dicta Auicennæ,
sed etiam Hipp. & ne materia vniuersim ad
locum cofluat, & crura inflentur. Sed tamen
si purgato & siccato bene corpore hæc fiant,
nullum imminet periculum. Tandem si nec
per ista curetur morbus facta missione san-
guinis, & iam sublata tympanite, & præpur-
gato diligentissimè corpore cum medicamen-

tis etiā validis, vtpote cum catapotiis aggre-
gatiuis, vel melius cum hiera, quæ excipit co-
locynthidam : dico autem hieram Galeni fa-
ctam cum additione colocynthidæ, vel melius
cum frequenti expurgatione medicamentorū
superius descriptorum in tempore autumni,
vel alio vere sequenti, adhibeat quartum ge-
nus curationis, quod exustione constat. Cuius
cum locuplex mentio fiat apud Aetium, & a-
pud ipsum solum, placuit, ne vt dici solet, be-
ne dicta vertendo malè vt rem faceret suam,
ascribere ipsius authoris propria verba, quæ
sunt: Iuxta medium commissurę clavicularum
vtrinque vna crusta inuratur, cum cautione ta-
men, admotis manibus, distenta cute, ne aspe-
ta arteria obledatur. Deinde aliæ duæ paruæ
iuxta carotidas colli arterias, infligendæ paulu-
rum sub mento vtrinque vna, incubentis cu-
tis tantum perustione facta. Infligendæ autem
adhuc aliæ duæ sub mamillas inter tertiam ac
quartam costam, rursumque aliæ duæ retror-
sum versus inter quintam ac sextam costam.
In medio etiam pectore vnam inure oportet,
& iuxta principium ossis pectoris, quod à
capitis gladij similitudine Xiphoides Græcis
appellatur: supra os ipsius ventris vnam si-
mili modo, & adhuc alias duas inter octauam
& nonam costam vtrinque vnam. Tres etiam
retro inuredæ sunt crustæ: vna iuxta medium
dorsi, reliquæ duæ ab utraque vertebrarum

parte, paululum infra medianam crustam. Omnes autem infra collum inustas, mediocriter latae esse conuenit, neque valde in superficie cōsistentes, neque rutsus nimium profundas. Ulcera autem crustarum satis multo tempore fluida permittere oportet.

HABEAT igitur de morbis principalioribus, quae etiam aliis annexis magna ex parte conueniunt: quia tamen adest tumor in cruribus, qui, ut dictum est, possit vehementius augeri, & ubi ad superiora contraheretur, afferre periculum vita, ideo etiam de illo aliqua dicere conuenit. Et manifestum est, quod debet reposiū in capitulo hypofarcæ, non ædematis: quia cura ei conuenit hypofarcæ principalius quam ædematis, igitur debet reponi in capite hypofarcæ. Nam cum hypofarcæ cura sit fermè ea quæ ascitis, ut Aucenna refert, ædematis autem ut astringentibus & repellentibus utatur, ut docet in tertia quarti, & cum vinculis & cum spongiis ex aceto vel lixiuio impositis, & cum aqua caulis & ciceribus & nostra ætate utuntur caliga ex corio canis, & multum conferre solet: quæ nihilominus, ut dixi, hic non conueniunt. Conueniunt tamen confirmantia membrum, velut lotio ex vino nigro, in quo libanotis, saluia, betonica, sal & sulphur incocta sint. Sicut è diverso non conueniunt quædam, quæ soli hypofarcæ sunt propria, ut cucurbitulae, quæ aquam extrahere solent. nam cum

membrum sit imbecille, plus trahitur materia ad locum, quam possit evacuari ex tali sectione: ideo in talibus sit error peior priore. Ideo ego cum curarem cauponem quendam ex hypofarca, abstinui ab hoc auxilio, quavis Aetij. Ex auxilio autem Aetij licet ab initio videantur leuari omnes, tandem periisse vidi: & si tempus esset, declararem causam huius, ideo non conuenit nisi robusta adhuc parte. Est igitur medicamentum hoc, & fructuum iuniperi majoris, quae planta est cedro similis, & fructus aequalis fructui cupressi 3 ii. aquæ lib. iii coquatur donec redeant ad lib. i. & fieri aqua illa rubens, de qua capiat 3 iii. cum 3 iii. fructuum iuniperi minoris, & conuenit in aliis dispositiōnibus dictis. Prouocetur quoq; sudor, & fontes & aqua ligni, etiam huic dispositioni valde auxiliabuntur, exterius autem applicetur hoc. Recipe foliorum lili in clibano siccatorum, thuris, styracis siccæ, absinthii, calami aromatici, spicæ nardi, musci adnascentis coniferae arbori, & est herba minuta odorata valde, singulorum 3. fiat caliga è spongia, & superfuso hoc puluere superalligetur, & iuuabit multum. Hæc existimo satisfactura, & si rectè obseruentur: ac ad vnguem, Deo dante, spero sanitatem recuperatum, saltem magna ex parte. Sed si dereliquerit vel minima ex parte, sciat quid Galenus dicat dū de tabe agit: & si quæ clara minus v idebūtur aut absoluta sunt,

328 H. CARDANI
medicus cùm sit peritus & expertus supplebit. Talibus enim, vt inquit Galenus, multa eorum arbitrio sunt relinquēda. Atque hæc forma est consilii mediocris. nam magnum coustruximus in causa Pontificis Amulthonis: parui autem hoc erit exemplum.

CONCILIVM SECUNDVM

PRO FLVXX SANGVI-
nis coercendo.



R I A esse constat con-
sideranda circa san-
guinem fluentem im-
modicè coercendum:
locus, causa, auxilium.
circa locum duo, vel
ex qua parte, vt ex si-
milibus instrumentis.

Ex similibus, quia vel
fluit à carne, quod raro contingit: vel venis,
qui maior est: vel ab arteriis, & est difficillimus,
& tunc succedit ratione compositionis
in arteriis & venis, vt sint paruae vel magnæ,
& ita sunt iam quinque modi.

S E D ex instrumentis etiam est, quodd lo-
cus, vel subiicitur oculis, vel tactui, & non o-
culis, id est, quod manus potest attingere, vel
non potest: vel est valde profundus locus. ex-
emplum eius qui videtur loci, dum è vulnera
fluit:

Hanc: exemplum dum pertingimus manu, vt
in hæmorrhoidibus & fluxu sanguinis narium:
exemplum cùm non pertingit, vt si ex ventri-
culo, iecore: exemplum valde profundi, vt in
pulmone & renibus, vt Galeni utar exemplis.
sunt igitur duæt quatuor in quinque iam vi-
ginti modi.

CIRCA causam illa est vel apertio oris
venæ, vel erosio, vt in ulceribus: vel diuisio
venæ. Hæc verò duplex, aut tota diuisa, & est
incisio: vel pars, vt plerumque est, & vocatur
sectio. Sed vterque horum modorum, & etiā
erosio fit à causa exteriore vel interna, vt iam
sunt septem modi, erosio scilicet violenta, & à
causa interna, & ita de incisione & diuisione,
vt sunt sex modi: deinde apertio, & erūt septē
modi. duo qui sunt à causa interna diuidun-
tur in tria, vel à multitudine, vel à malitia hu-
moris, vel à motu seu caliditate.

SED cùm erosio contineat malitiam, erūt
duplicati modi à sectione & incisione tātum:
qui cùm essent quatuor, sunt octo, additis igi-
tur tribus sunt 11. hos igitur si duxeris in 20,
sunt modi omnes quibus profluere potest san-
guis à corpore 220. Ex his sunt in carne seu
ex venulis 44. hi sunt faciliores. Inter hos ta-
men difficiliores sunt 11. qui sunt in profundo
loco, & ex his insanabiles, propemodū unus
qui ab erosione interna: ex 33. reliqui diffi-
ciles omnes, qui ab erosione, & sunt sex. igitur

H. C A R D.

Z

330 H. CARDANI
in carne difficillimus, unus profundus cum erosione, inde alij sex ex erosione non in profundo loco: & decem in profundo loco, non ex erosione. His proportione respondent, sed deteriores 44. in venis paruis: adeo ut unus sit propemodum insanabilis, sex alij difficiles, sed non cum tanto periculo: reliqui decem cum magno etiam periculo, reliqui 27. faciles.
S V C C E D V N T his 44. ab arteriis paruis longè deteriores, & respondent primis, adeo ut primus sit penè insanabilis, sex alii non cum paruo periculo difficiles etiam, alii decem cum maximo periculo difficiles, post qui sunt ex venis magnis 44. Unus est absque cura, item 2. qui sit in membro non subiecto tactui, item alius omnes: is cum imminenti morte, reliqui 27. cum maximo periculo, & vix sanari possunt. Modi tamen 44. qui oculis subiiciuntur, facile sanantur in comparatione ad reliquos, post 44. alii quibus saltem specillo auxilia admouerelicet. Modi vero 44. arteriae diuisae magna 33. sunt mortales, id est, qui non sunt extra: ex 33. lethaliiores, & praesentem magis afferunt mortem, qui in locis iuxta cor vel spina dorsi, & ita patet ratio praedicendi, item curandi, quæ difficiliores morbi auxiliis validioribus curari debent.

I N T E N T I O N E S duæ curatiæ sunt generales, auertere influentem sanguinem, & prohibere fluentem: & in omnibus his presup-

ponitur, ut tollatur causa antecedens. Diuer-

timus secundum directum inter iecur & locū
læsum si remotus sit, vel si locus læsus sit pro-

pinquus iecori vltra iecur: ita quod semper
vel iecur vel locus unde diuertimus, sint in
medio nunquam locus ex quo fluit sanguis.
nam tunc plus attraheret, ex duobus vero mo-

dis in loco remoto, ubi sanguis fluat diuersio
fiat iuxta iecur: si autem propinquum, vltra iecur,
& haec etiam cōuenit, si à remotis fluat, ita quod
si fluat à remotis, primò debemus incipere vlt-

ra iecur, deinde inter iecur & locum læsum
in propinquum cum loco iecoris. si autem fluat
ex loco propinquum iecori, fiat retractio ex lo-

co vltra iecur.

Qvòd si sanguis ex arteria fluat, idem in
corde obseruetur quod in venis: de iecore di-

ximus, & semper ex latere patientis loci. Sed
prohibitio fit tribus modis, vel cum his quæ à
proprietate agunt, vel locum implendo, vel
partes diuulas iungendo. Quæ implent, vel a-

liena materia implent, vel sanguine ipso, vel
carne vel eschara. Ergo in vniuersum sunt sex
modi, horum quatuor trifariam adhiberi pos-

sunt. nam escharotica solùm super locum ad-

hibetur, vel igitur intus, vel extra, supra locum
vel è directo loci fiunt 14. modi auxiliorum.
Quædam autem habent intentiones plures
similagam tamen de singulis seorsum.

P R I M U S modus est sistentium à propri-

Z ij

332 H. CARDANI
tate sanguinem applicando extra è directo;
& est iaspis orientalis valde viridis cum san-
guineis guttis magnus : & si nesciatur locus,
applicetur super iecur in sanguine venarum
super dextrum hypocondrium, in arteriali
super cordis apicem inter quintam & sextam
costam, ascendendo ab ultima spuria.

S V P E R locum ex proprietate agit sterlus
asininum, ego tamen addo acetum : & sic ficcū
illud: & melius, quod Maio colligitur. Item
herba fistula, quae in xxiiii. horis consolidat: &
est quasi similis anetho.

T E R T I V S est, sistens à proprietate intus,
& est lachryma cerasii, item cortex oni tritus.

Q V A R T V S modus est cum eschara, & est
ut super venam candenti ferro eschara: exci-
tetur, & est potens valde, sed oportet ut vena
vel arteria non sit multum profunda.

Q V I N T V S modus est ut extra venæ par-
tes iungantur. hoc autem fit duobus modis,
subito, & cum tempore. subito fit tribus mo-
dis, cum digito comprimendo, & vocatur bu-
celatio, donec sanguis cogatur. secundò ligan-
do arteriam vel venam iam à carne liberatā.
tertiò fit incidendo venam per transuersum.
dicebat Galenus: Concidit caro, & compri-
mit os venæ, & ita sifflatur. dico etiam quod in
bucelatione fit compressio loco eius cum
puluinis paruis constringendo. Sed consoli-
datio, quæ fit cum tempore, fit cum auxiliis,

quæ infra dicam.

S E X T U S modus est, vt istud fiat intus accipiendo: & hoc fit cum conglutinationibus, & in hoc genere sunt lachrymæ omnes fermentæ, & thus & gariophylli incogniti. pro his viribus & symphitum & mucilagines omnes, & gelatina & cibi glutinosi, vt caseus recens, pedes porcellorum, itria.

S E P T I M U S modus est eorum, quæ extremitas applicata, interiora vlcera consolidant, & hæc parum faciunt: si tamen aliquid iuuat, est exemplum ex symphito & luto armeno.

O C T A V U S modus est implendo aliena materia: & ita facimus exemplum ex gipso & glutine piscium, & non est melius.

N O N U S fit implendo sanguine ipso omnia quæ refrigerat actu potestateue, vel cogut. Igitur primò aqua frigida assidue superimposta, bolus armenus orientalis, lemnia terra, aqua plantaginis: apud Galenum hæmatites non ille vulgaris, sed optimus, & herba camæffos vocata vinca prouinca materno sermone, acatia, hypocistis, citini, portulaca, polygonum. Eadem verò inseruiunt intus exhibita, vel è directo loci apposita, sed cum modo aceto, vt virtus in profundum possit penetrare, & ita patet decimus & vndecimus modus.

D V O D E C I M U S fit cum his quæ carnē generant, & est auxilium Galeni, primò cum

Z iii

334 H. CARDANI
thure, aloë, & pilis leporis. consolidant & sar-
cocola, vnde illi nomen inditum. strenue quo-
que lachryma abietis, item mastix, eadem ut
dixi, etiam consolidant venas in pueris, & ar-
terias quandoque, aut generant aneurysma.
Omnium præsentaneum auxilium auferens ad
hoc. g. lachrymæ abietis, ℥. i. masticis, farco-
cola, thuris añ ℥. aloës epatici ʒ viii. destil-
lentur per cinetes calidos, oleum ita ut non
vratur. Aliud ℥. hypericonis cum herba ʒ vi.
fructuum balsaminae ʒ iii. terbentinae claræ,
id est, lachrymæ laricis (nam fermè idem po-
test cum abietina) ℥. i. croci ʒ i. gatiophyllo-
rum ʒ i. ℥. misce cum ℥. vi. olei veteris: & ma-
neat in sole per xl. dies caniculares, vase bene
concluso: & vt sit antiquius, oleum eo red-
ditur melius. Eadem hæc sumpta intus sa-
nant, & apposita extra in directo ali-
quid faciunt: vnde pater decimus
tertius & decimusquartus mo-
dus. Ex his licet complicate
has intentiones: nam sin-
gularia ipsa sunt
infinita.

CONSILIVM TERTIVM

prolepram tuam
patientem.



Ro declaratione huius morbi sciendum est, quod elephantiasis, lepra, scabies, impetigo, pruritus, leuce, & alphos quae est vitiligo, fermè eiusdem sunt generis, differuntque tamen magnitudine, tum propriis quibusdam differentiis & magnitudine, praesertim elephantiasis differt a ceteris, adeo ut sit carcinoma universalis: omnes tamen hi morbi conueniunt in quibusdam, in membro affecto: quia in omnibus cutis afficitur, & quod sunt foedi & contagiosi, licet aliqui parum, aliqui vehementer, & sunt omnes cronicæ & endemici, propaganturque a maioribus in descendentes, & ideo vocantur hereditarii. Elephantiasis autem est morbus, qui nunquam curatur: hic autem morbus non est elephantiasis, sed est lepra Graecorum: quod facile dignoscitur, quia cum sit profundus, differt a scabie & alpho seu vitiligine: differt etiam a leuce, quae est albaras Aulicæ, quoniam non est cum defecatione cutis alba, immo potius tendit ad rubedinem. differt etiam a pruritu, quoniam ibi non est permutatio.

Z. iii

ratio villa in cute, quantum ad substantię calorem, aut formam: sed ab impetigine, de qua maior est dubitatio, quia impetigo est parua lepra. ergo cum hic morbus sit difficilis, debet appellari lepra & non impetigo. conueniunt isti affectus, quia ambo sunt cum pruritu profundi, serpunt, sparguntur circum circa, fiunt ex humoribus adustis: sed differunt in hoc propriè, quod impetigo fit ex serosis admixtis crassis, lepra ex crassis admixtis serosis, & haec omnia colliguntur à Paulo Aegineta in initio quarti libri à primo cap. usque ad 6. Fiunt ergo hi duo morbi (quoniam in horum alterum nesciis ut cedat affectus hic) ex materia crassa & melacholica, & serosa, exustis cutem inuidentibus, ac profundius se immarentibus, tum sese in ambitum spargentibus cum pruritu. Aetius autem libro xiii. cap. 134. dicit, quod lepra fit ex tenaciore ac crassiore ac magis atra humore, & est magis aspera ad contactū, & pruritum inducit, & non penetrat, nisi cutē & squamas magnas gignit: & ideo potest vocari scabies maior. nam nisi hoc signo ab ea differt, & licet circa hoc multæ essent dubitationes: qui tamen non librum intendimus coponere, sed consilium conscribere, ideo properamus ad curam: tum eo magis, quod omnes autores in hoc concordant, quod iste morbus est sanabilis, & quod auxilia quæ vni conueniunt ex his affectibus, conueniunt omni-

bus. Et constat, quod talis morbus, ut dictum est, est elephantiasis minor. sed est una regula generalis, quod quæcunque curant maiorem morbum, curant & minorem, si sint ad unguem vnius generis, velut quæ curant comitialem, curant etiam incubum: ergo quæ curat elephantiasim, curabunt multò magis hanc lepram. & hunc morbum esse puto, de quo Moses agit in Leuitico, ubi videtur distinguere lepram. quæ est elephantiasis Arabum, à scabie ^{Cap. 13.}

& lepra Græcorum tribus signis, mutatione pilorum, & quod caro sit depressior, & quod morbus indies augeatur, tūc enim est elephantiasis. & si vnum horum signorum deficiat, tunc maximè attenditur incrementum & diminutio morbi, & quod caro ipsa viua apparet seu detegatur. ibi etiam facit duo genera lepræ, corrodens, & non corrodens, & locus ille verè est difficilimus, in vniuersum tamen etiam post curationem vult eradi pilos, & lauari vesteres: & nemini dubium est, quod ubi morbus sit cutaneus, mundices multum comodi affert. Scriptum est etiam in Deuteronomio: Curatote in morbo lepra, diligentēr que operam date, ut eis quibus vos Leuitæ sacerdotes ex meo præcepto instruēt, pareatis.

I G I T V R ut ad rem deueniam, cùm omnis cura constet ex dignotione morbi, sed longè magis ex dignotione causarum, oportet causam scire ipsius lepræ. cùm ergo causa sit

^{Cap. 23.}

humor crassus, & latus, & melancholicus, item serosus exustus: sciendum est, quod si serosus sit atque abunder, tunc est cum pruritu maiore: sive autem materia crassa solùm sit, pruritus minimus aderit, sed dolor, & sanies & fœditas maior: quicunque etiam morbus fuerit cum pruritu, facilius soluitur: ubi exiguis sit, aut nullus difficillimè. & hæc est causa, quod hic morbus non potuit ad hanc diem usque curari. Nam cùm non negetur magno pruritu materia est crassa, lenta & multa, tum quia à primordio vitæ, anno scilicet ferme quarto eum cœpit inuadere: tertiam causam esse oportet vel prauitatem humoris, vel valde fixam qualitatem in membro, generante vel recipiente, vel utrumque omitto nunc regimen prauum aut aërem non aptum curationi.

Quare autem suadent curationē fieri posse, sunt genus morbi: quod ut dixi, per se sanabile est, nam sola elephantiasis in hoc genere insanabilis est: deinde quia est iuuenis, annum agens vigesimum primum vel circa, & est terminus incrementi secundum longitudinem: deinde quia est pinguis, & sati bona temperaturæ, est etiam tempus vernum: & etiam quoniam non sunt tentata auxilia magnifica & præclara usque nunc, neque omnia neque præcipua: & quoniam quædam inuentata sunt nostris temporibus, quæ à proprietate

agunt & erant ignota antiquis, velut quæ illi-
nuntur arteriis. his sex causis videtur omnino
morbis esse sanabilis : quæ tamen ostendunt
difficultatem, sunt prolixitas ipsius morbi.
Nam videtur iam decem & septem anni ex-
acti, ex quo laborat hoc morbo : & etiâ quia,
vt dixi, caret pruritu, & quia serpit & est pro-
fundus, propter quod volunt etiam leucen es-
se insanabilem : & quia curatus fuit diligenter,
& non potuit sanari, licet non cum validio-
ribus auxiliis, vt dixi. non enim omnia ten-
tata sunt validissima auxilia, sed quædam
solùm : concludo tandem, quod Deo dante,
sanabitur seruatis seruandis maxima cum dili-
gentia, tamen & longo tempore : & licet re-
uertatur, tamen iisdé auxiliis occurrendo po-
terit ex toto sanari : & ita quod fieri non pote-
rit in vna vice, fiet in pluribus.

D e causa patet, quod sunt duo membra:
vnum, quod generat & mittit, & est iecur: al-
terum, quod recipit, & est cutis. Est etiam tri-
plex cura vera, quæ sanat morbum, & quæ fu-
cata est tegens illum, & quæ mitigat ipsum.
nam ipse conqueritur maximè, quod morbus
ille ascendat ad collum & faciem, vnde de-
turpat eum. Ergo cura ipsa qualiscunque sit,
per regimen victus, per topica vocata, & per
medicamenta sit. Sed primùm id videndum,
postquam duo esse mēbra in causa diximus,
iecur generans & mittens: & cutim, quæ reci-

pit. An igitur maius vitium erit in cute, an in
iecore? istud scire expedite, cum enim medi-
camenta paria esse debeant viribus, ipsius vi-
tio constat oportere nos scire quata pars per-
tineat ad iecur, quanta etiam ad cutem.

V I D E M V S enim in his morbis aliquando
medicos frustra niti in mittendo sanguinem,
in purgando corpus, in regimine ordinando,
quæ omnia tandem parum aut nihil confert
& in nihilum reducuntur. Adueniente autem
aliquo qui cutem vnguento illeuit, sanantur:
& contraria, aliquando accidit ut multis medi-
camentis cutis illinatur, nec tamen sanatur
æger, at purgato corpore & sola victus ratio-
ne curantur. Rursus in aliquibus necessarium
est utrumque, oportet igitur scire quid maxi-
mè sit in causa. Istud autem maximè & facil-
limè cognosceretur, si auxilia exhibita scire-
mus, & à quibus leuatus est morbus, & quæ
nihil profutus cötulerunt. Clarum est autem,
quod cum cutis, ut dicebat Galenus in libro
de Morbis, nullas penè habeat vites, non at-
trahendi, non expellendi, non retinendi, non
conquoquandi, id non contingere propriè
vitio cutis, nisi quatenus ipsa est lœsa, & ob lœ-
sionem natura transmittit excrementa ad illam.
Quomodo ergo medicamenta, quæ illinun-
tur, poterunt curare lepram, impetiginem,
scabiem, cum (licet restitutis viribus) ipsa non
possit repellere humorem noxiū: sicut ne-

que infans sanatus ex morbo magnō, non propter hoc poterit ferre pondera magna, quia non potest restituī ultra gradum proprij roboris? & ideo stat dubitatio magna, an scilicet materia quæ ibi redundat, transmittatur ex aliо loco corrupta: an sit alimētum cutis, quod corrumpatur & transeat in materiam coniunctam? Et videtur generaliter saltem, quod debeat esse materia, quæ transmittitur: quia alimentū nō potest esse adeò copiosum, ut sufficiat subministrare materiam similibus morbis. Ex aduerso non curarentur medicamentis exterioribus adeò facile: & etiam quia vix fieri posset, ut tanta copia humoris redundantie, aliae partes intus non laborarent. & videatur ex his quæ scripsit Galenus in tertio Methodi de ulceribus, quod malus affectus in carne subiecta & in cute, sit causa impedimenti sanationis & consolidationis in ulceribus, & ita dico de hoc morbo, in quo licet non appareat solutio continui manifesta, proculdubio tamen est occulta. Et etiam alia ratio persuader, quia talis morbus serpit ad proxima, ergo sit vitio partis patientis potius quam iecoris. Sunt & alia iudicia, puta contagium & facilitas sanationis, quæ iudicant esse vitio cutis potius, quam iecoris. Concludo ergo quod hic morbus maximam partem causæ habeat in carne subiecta, & in cute: sed principium tamen & originem in iecore. & si quis mihi

obiiciat difficultatem sanationis, respondeo,
quod etiam vlcera chironia difficulter sanan-
tur etiam propter solius partis dispositionem:
& maximè, quia ut dixi, non sunt etiam sine
vitio totius.

DEVENIENTE igitur ad victus rationē,
manifestum est quod cùm excrementa hæc
sunt tertiae coctionis, partim scilicet quæ sunt
loco aliméti ipsarum partium affectarum, par-
tim secundæ scilicet ipsius iecoris, & est hu-
mor trāmissus per venas & arterias ad cutim,
quasi natura decernente, & ideo verisimile
est, quod pars istius morbi semper maneat: &
est illa quæ fit vitio cutis alia magnam muta-
tionem recipiat, modò multum crescens, mo-
dò non, sed quasi in eodem statu permanens:
constat alimenta quæ assumuntur, debere pa-
rum nutrire, & non multum. cuius tamen op-
positum plerunque medici dum existimant,
dum iuuare credunt, nocent. similiter non de-
bent esse temperata, ut communiter dicitur,
sed contraria qualitati causæ morbi. Diximus
autem, quod causa morbi est humor exustus,
serosus & crudus, ergo cibus debet esse ex-
quisitè contrarius, & hæc est sententia Gale-
ni in libro de Cibis boni & mali succi. In hoc
igitur nihil melius est usu ptisanæ hordeaceæ
sive sale, & carnis testudinis. his enim duo-
bus præfidiis tantum curauit similem morbum
in Domino Francisco Gadio, ordinis sancti

Augustini ex ea congregatione, quæ Canonis-
corum vocatur, & quod appellabant illum
Regem. Conualuit autem in sex mensibus,
cum passus esset morbum biennio, adeò ut
täderet illum vite, nec postea vñquam rediit.
Modus ergo pñsanæ talis est: Hordeū infun-
datur in aquam multam, xij horis coquatur
donec discumpatur, tundatur, cribretur, co-
quatur cum iure pulli, vel testudinis, donec
non amplius ampullas emittat, quod post ter-
tiā horam vix contingere solet: id autem in
vase terreo. Testudines autem in aqua diu co-
quantur cum modico aceti albi, croco & bo-
ragine, & perseveret in huiusmodi cibo saltē
per sex menses, interim tamen poterit vti per-
ca pisce elixato cum eisdem. Item beta &
malua in cibis, & lactuca. poterit etiam adhi-
bere omphacium seu agrestam, item succum
aranciorum. poterit & vti carnibus pullorum
cum plantagine assiduè, ita vt plantago ponan-
tur in omnibus cibis, in quibus ingreditur ca-
ro. Caeat generaliter ab omnibus multum
nutrientibus, & ideo ab ouis & lacte: solum
caro testudinis, pulli, auiculæ omnes, hœdi
etiam. caueat à caulibus & caseo, omnibus sa-
litis, aromatibus omnibus, croco duntaxat
excepto: piscibus nisi squamosis & paruis:
non vtatur melle & saccharo, licet moderatè
vti cancris: vti potest proprietate potius qua-
dam quam manifesta qualitate aut substantia

344 H. CARDANI
conuentientibus. Vinū sit album, leue, clarum;
sed si biberet aquam, longè melius esset, cuius
est descriptio. *Et*. liquiriciæ recentis 3 vi. radi-
cis thamaristæ 3 ij. passularū 3 iiij. aquæ lb iiiij.
coquantur ad consumptionem tertiae partis,
coletur & vtatur pro potu, & si vult dimitte-
re liquiriciam, potest augendo quantitatem
passularum & thamarisci. Est autem thamari-
scus arbor in Italia nota, nascens in ripis flu-
minum minuto folio, fructu & flore musco-
fo, id est, tenaci. & generaliter aqua in hoc ca-
su cum non attenuet, vino melior est. Circa
somnum vtatur prolixo & nocturno, non diur-
no. Circa aërem eligat clarum, tenuem & ca-
lidum potius, quam frigidum. dormiat non in
pluma, sed super tomentum sericeum: mu-
tet saepe vestes, & præcipue indusia. non exer-
ceat se à cibo, sed in mane solum, & si fuder,
permuted lineum indusium, & interiorem ve-
stem (quidam vocant diploideum) abstineat à
coitu, nisi quantum necessitas urget, & curet
vt habeat beneficium ventris singulo mane.
De fructibus conceduntur quæ ventrem sol-
uunt, ut pruna, & cerasa: & quæ vrinas mo-
uent, ut flagra & pepones & cucumeres, co-
cti tamen.

Quod ad intentiones curatiuas, primum *Et*.
succii casiaæ nouiter extantis 3v. origani, fumi
terre, seu fumariæ pulueratæ an. 3ij. misce, & cu
faccharo fiat bolus, capiat per horam ante cœ-
nam

nam. Sequenti mane capiat ʒiii. serapii ex infusione fumiterra, cum aqua lactis, decoctionis fumiterra, sequentibus autem diebus capiat infrascriptum sirupum. Rx. seminum sesami ʒi. comedat cum modico panis, deinde bibat ʒii. siripi acerofisi simplicis, cum modico aquæ plantaginis: & post viginti dies, si vrina fuerit concocta, accipiat hoc medicamentum. Rx. confectionis hamec bene confecta, & succi cassiae an ʒi. siripi de polipodio ʒi. aquæ decoctionis infrascriptæ ʒi. misce, capiat in aurora. Rx. mirabolorum nigrorum ʒi. hypericonis, origani an ʒi. sebesté numero xii. infundantur in ʒxii. aquæ lactis, per decem horas, inde bulliant parum: coletur, capiat calidū in aurora. Hoc peracto mititatur sanguis ex basiliaca brachii dextri, deinde sequenti die ex basiliaca brachii sinistri, extrahendo singulis vicibus ʒviii. sanguinis. Post hæc bibat qualibet hebdomada semel hoc. Rx. serilactis ʒlx. epithymi ʒi. hellebori nigri ʒi. cinamomi ʒii. mellis ʒii. infundantur omnia per duodecim horas, inde coquantur ad cōsumptionem tertiae partis: coletur & bibat calidum. & cūm assumit medicamentum, vel hoc vel sequens, non comedat usque ad horam vespertinam. sequenti autem die assumat hoc. Recipe succi brasicae, aceri albi optimi an ʒvi. cedriæ ʒii. hæc inuenitur Venetiis, sumat ergo tepidum in aurora, & bis in hebdomada. Vbi autem exa-

H. CARD.

AA

346 H. CARDANI
 Ati fuerint quindecim dies, ita ut bis sit repetita purgatio, quater verò medicamentum, bonum erit ut assumat ligni decoctum, per quod ut spero, incipiet sanari. erit autem eiusmodi facile.

R. ligni Indi rasi electi 3 xv. radicis thamarsici minutum deraſæ, sic ut schidia abiificantur 3 vi. aqua 1b xviii. infundantur: horis xxiiii. inde bulliant ad consumptionem medietatis in lebete ferreo, & coletur, & de hoc capiat 3 viii. aut saltem vii. singulo mane, calidum in aurora: vel hora una post ascensum solis: & integrat se pannis tenendo vultum sub culcitra, ita ut sudet. Interim verò bibat de hoc in mensa, sed frigidum, cum priores septem vncias, quantum potest ferre, calidas ebibere oporteat. Cibus verò sit panis, & vuae passæ: panis quidem ad vncias quinque, passarum vuarum quantum libet. Tum verò à frigore & exercitatione atque aliis, à quibus solent cauere qui decoctum hoc assumunt caueat: cum verò octo exegerit dies, fluxeritque sudor cum virium robore, suadeo ut octo horis à prandio, quatuor autem ante cœnam sex vncias calidis simi illius decocti assumat, ac denuò sudet, atque ita perseveret xxx. non ultra dies, non minus autem quam xxv. His peractis cassia nigra purgandus est hoc modo.

R. succi cassiae nouiter extatis 3 vi, cum medicō succi fumi terræ & saccharo: fiat bolus,

capiat ante cœnam. Bibat autem per annum ter, quater, sexies, in mense hanc aquam. Recipe sanguinis porci recentis lib. iiiii. plantaginis lib. i. ranarum sine capite & cute lib. ii. cancriorum chelas & caudas mundatas pondere lib. ii. lapatii acuti radicum cum foliis lib. ii. destillentur omnia in vase secundum artem, & de hac aqua capit z. iiiii. singulo mane, & sudet si potest: nam calidū præbibere oportet. Cæterū ex priuatis auxiliis hæc duo sunt. Primum. Rescipe viperas veras, cuius sunt quasi canini dentes: & abscissis capite & cauda, ad tres digitos coquantur in pauca aqua admodum, deinde contundantur, deinde cum fufure & fatua pinsentur, gallinisque tribus aut quatuor edenda præbeantur: cùmque id factum fuerit per quindecim aut viginti dies occisæ gallinæ, & exenteratae, atque deplumatae, coquantur iuxta morem, & ius illud bibat, & carnes edat, & post modum quiescat in lecto, donec exciderint crustæ. Secundum præsidium est.

R E C I P E lapidis cærasei (vocant lazuli) puri, & bene colorati z. i. teratur, & in polinē educatur, per linteum cribratus lauetur aqua vicies, deinde infundatur in aceto scillitico, optimè per tres dies: deinde expresso aceto siccetur, deinde per tres alios dies in succo thamarisci: inde expresso succo & siccato lapide, rursus infundatur in succo plantaginis eodem modo per tres dies, & de hoc sumat à z. ii. ad

AA ij

H. CARDANI
3ijj. redigendo in formam boli cum oxymelite scillitico, & pōst bibat mulsæ 3ijj. præparatur autem hoc modò. Recipe mellis puri 3ijj. aquæ 3 vi. misce, bulliant ad consumptio-
nem medietatis, despumando semper: coletur & capiat, vt suprà. Et rursus ex cōpositis, quæ intus assumuntur est decoctio Auicennæ hu-
iusmodi. Recipe mirabolanorum nigrorum & citrinorum añ 3 ℥. amis seu ameos & assæ odoriferae, id est, belzoi añ 3 v. aquæ 3 xxxvi
vux passæ lotæ & mundatæ 3 vi. coquatur ad consumptio-
nem duarum tertiarum cum 3 ℥.
mellis puri: coletur & exprimatur & bibat to-
tum, continuetur quadraginta diebus. Con-
ferunt etiam catapotia, quæ vocantur pillulæ
Indæ, & pillulæ cochiæ. est etiam facillimum
auxilium, quod confulo vt faciat, & est hoc.

R E C I P E viperas duas magnas, & abscessis
capitibus & cauda incidentur minutim, & po-
nuntur in olla cum sale, ita vt ponatur area sa-
lis, deinde area è carne viperarum, inde area
salis denuò, atque ita alternatim imponendo
etiam radices rumicis seu lapathi incisæ minu-
tim: deinde regatur olla cum tegmine fictili,
quale est olla, & cum creta concludatur, & po-
natur in fornace lapidum, ubi lapides coqui
solent per tres dies: inde extrahatur, & salille
sit in vsu ferendo ipsum: & si non placet, sic
dissoluatur in duplo aquæ, & abiecta omni fe-
ce siccetur, teratur & sit in vsu. Expedita pur-

gatione xl. dierum, vel assumptione aquæ ligni, deueniemus ad topica, nam in his autores omnes medicinæ sanationis spem totam reponunt hoc modo.

Primum imponemus ipsum in balneo aquæ dulcis seu putei, apponemus quadraginta cucurbitulas, & non sit aët multum calidus: aut si nimio plures videbuntur viginti, & postquam sudauerit, detrahemus sanguinem ex singulis, secundum quod ferre posse videbitur, & postmodum inungemus hoc vnguento.

RECIPE succi ocimastri, & est planta similis folio ocimi, nascens iuxta muros antiquos & sepes, folia habens similia ocimo, sed in ambitu serrata, flores purpurei, seminis capitula qualia hyoscyamo, radix torosa, vnde è genere galiopsis esse creditur, odor foliorū & semenis teter. ex hoc igitur succo pari pondere ceræ atque olei fit vnguentum, quo illiniri debet post balneum & cucurbitulas. Inde tertio die ad balneum redeat, & rursus illinatur vnguento, atque ita omnia peragantur, quæ in primo præter cucurbitulas, usque ad quinque circuitus: in quorum ultimo etiam rursus viginti cucurbitulæ applicentur, intermediis autem nequaquam. Semper autem ab inunctione lectum ingrediatur mūdis linteis, & dormiat: quod si ferre non possit balnei tempore & cucurbitulas, modicū panis & martyrij panis comedat antequam balneum ingre-

AA iij

350 H. CARDANI
diatur: lectus antequam in eum se conferat,
caleat, & bene tegatur.

ALIVD vnguentum. R. scabiosæ, ellebori
nigri, lilij, allii, lunariæ herbæ, corticis iuniperi
an $\frac{3}{2}$ ij. terantur optimè, inde exprimatur, in-
de addantur aquæ vitis, quæ solet excidere à
ramis præcisæ tempore Martij $\frac{3}{2}$ i, styracis
liquidaæ $\frac{3}{2}$ ii, pomataæ $\frac{3}{2}$ iii. coquantur miscen-
do semper, donec redigantur in formam vn-
guenti: & dum remouetur ab igne, addantur
laetis fculnei $\frac{3}{2}$ ii, misce, fiat vnguentum, quo
vngantur totum corpus loco prioris, vbi ex
primo non sanatus fuerit. Aetius putat adipé
nigri arietis sufficere vel solùm, quod non ex-
pertus sum. Verùm nostrum hoc vnguento
est, quo ego cum quatuor sociis à scabie, quæ
erat è lepræ genere, quam passus fueram xxvi
annis, sum liberatus sine villa purgatione, sine
balneo, ita autē viximus ut ex proposito pro
morbo contra medicamentum luctari velle
videremur: erant mei familiares omnes ado-
lescentes, ego quinquagesimum excesseram
annum, Lugduni in capona genio indulge-
bamus. existimabam mihi turpe esse quod nō
scabie omnes, sed elephantias laborare vide-
remur, crustæ præaltæ latæ usque ad collum
& caput ascendebant. verè illud dici poterat:
Aliis medens, ac ipse ulceribus scatens. Causa
erat, quod marinis piscibus, quos ego libentis
simè edo, nec Mediolani copia est, assidue

vescerer, præcipue verò asellis: qui cum recētis sint optimi succi, ita saliti sunt pessimi. nam id minimè absurdum est. hædina enim caro ut optima est, ita salita pessima.

E R G O visum est, vt aliquo auxilio occurrerem. fortè autem dum ascenderem in colle quodam, perspexi tithymalum: abundabat enim vbiique, excogitau iigitur è casu auxilium, fuitque huiusmodi. Recipe sulphuris viui ℥ ii, salis ℥ iij, lachrymæ iuniperi, qua vtuntur bibliopolæ, ellebori albi aī ℥ iii, succi tithymali ℥ iii, aut etiam amplius. apponebam autem totam herbam contusam pondere ℥ i olei è lini semine ℥ ii, terantur exquisitissimè, inde coquantur super cineres donec redigantur in formam vnguenti, post exprimatur, & reiecta fece, inungatur statim, detersa aqua à balneo, sub poplitibus, & interiora cubitorum, & iuxta talum, & iuxta carpos manuum, & sub alis, & plantæ pedum, & loca omnia patientia in aëre calidissimo, seu iuxta ignē post cœnam, diu confricando loca, & copioso vnguento: inde ingrediatur lectum calentem, & tegatur pannis. hoc autem à prandio vel à cœna, siatque alternis diebus donec ter fuerit vncus. hoc neque purgatione, neque vitæ regimine indigeret, adeò efficacissimum est. Forsan quæret aliquis, & iure, cur tandiu distulerim sanationem hanc? Causa fuit, quod morbus hic perpetuò variabatur, & quod mihi familiare

AA jjj

352 H. CARDANI

est nihil agere donec cogat, tum propter multitudinem negotiorum, tum etiam propter consuetudinem: tum etiam, quia existimabam morbum hunc me præseruare à multis aliis morbis, quibus suspicabar me esse paratum propter diutinarum hæmorrhoidarum spontaneam sanationem. Aliud physicum auxiliū ex xij. libro nostro de Subtilitate. Lauetur ter in balneo infantis primogeniti, quo balneo solent obstetrices ablueret quicquid sanguinis est menstrui. Laudantur praterea cuminum Æthiopicū & syderitis herba in potū sumpta, atque hæc puto sufficere, etiam si multo gravior esset morbus. Si quis ramen ad validiora transire velleret, sudet in balneo sicco exerto capite cum suffumigio bituminis, salis, ligni cupressi, lachrymæ juniperi, thure, betzoi, myrrha, agallocho, terebinthino, amaraco, styrace, santhalis, musco coniferatum arborum, lachryma eleni, ladanō, cortice mali medici, & rosis, omnibus vel aliquibus,

C O N S I L I V M Q U A R T U M

P R O M O R B O V A L I D I S S I -

m o e x v e n t r i c u l i P h l e g m o n e .



v m Calendis Augusti
annī M. d. XLV. Me-
diolanum ē Papia re-
uersus essem, Princeps
optime ac sapientissi-
me, ad pristinam me-
dendi exercitationem
me contuli, atque in
ea solita usus fœlicitate, præter duos diutino
morbo sub aliis medicis conflictatos, nemine
penitus morte amisī: cūm tamen quingentis
ac etiam pluribus ad Aprilis usque Calend.
ægris manus admouisse: tantum potest ve-
ra ars si ad hos fucatos nebulones conferatur,
qui non artis præceptis intenti, sed conspira-
tionibus atque calumniis, bonos quidem infa-
mia, ciues autem ægros morte afficiunt. Sub
Calendis Aprilis tamen quibusdā manus ad-
moui, qui omnes cum uno ac eodem morbo
laborant, xx. die sub initio periere, nec ullus
celerius aut tardius ex languētibus. Quinimo
adeò constanter eam diem obtainuerunt, vt
cūm quædam mulier Anastasia in domo illu-
stris virti comitis Ioannis firmi Triuultij ægro-
taret eo morbo, à prima statim visitatione li-
berè affirmauetim eam proxima diei Domi-

354 H. CARDANI

nico succedenti nocte perituram, quod esset
ea nox xx. diei initium. ego autem xv. die
morbi vocatus sum, reliquo tempore in ma-
nibus fuit medici experti amicique nostri, ac
recte in arte sentientis. Cum igitur quinque
sic periissent, nec venæ sectio, nec purgatio,
nec vinum, nec victus tenuis, nec vini absti-
nentia, nec cataplasmata, nec ea quæ cordi cō-
ferunt, profuissent: sed eodem morbo labo-
rātes iisdem symptomatibus eodemque mo-
do ac eadem die perirent: visum est mihi di-
gnum minus, si qualis hic esset morbus adeò
lethalis conscriberem. Primum, quæ labora-
bant omnes fuerunt iuueculæ virgines, atque
hoc mirum, dolor aderat super umbilicum,
assidua nausea & cibi fastidiū. tum deiectioni-
nes corruptæ male olentes, & quibusdā die-
bus plusquam conueniret, venter demittebat,
aliis autem mediocriter sistebatur. non tamen
decretoria erant hæc, nec diebus decretoriis,
spiratio ipsa paululum densa, & non omnino
naturalis. calor exterior moderatus adeò, vt
vix persuadere possem astantibus quod febri-
citarent: pulsus tamen duri, veloces, parui ac
frequentes, validam febrem ostendebant lo-
tia qualia sanorum ferme. nebulæ aliquando
suspensæ in his, aliquando sedimentum. Mens
continuè constans, vigiliæ doloris perpetui-
tatem consequebantur: nec tamen semper
dolor somnum vincet, sub x i. diem omni-

bus omnia visa sunt mitiora. Pulsus tamen aderat cordis, & singultus: sub xvii. omnia adeò manifestè intendebantur, ut morbi magnitudo ne ipsos iam tunc lateret astantes, à xiii. die venter totus ubi ventriculi regio dolitabat, cum ipsis lateribus, tum intumuit. xix. oleosum quiddam ac quasi subnigrum euombebant. initio die xx. moriebantur, mortuis vngues liuidi ac subnigri & venter, ut vter inflatus. dum viuerent bene semper sperabant & nunquam delirabant. xi x. difficultas spirandi ne ipsum latebat ægrotantem. die xviii. omnes aluum copiosè demittebant. Hæc fuit morbi sœuissimi enarratio, quæ tamen paucissimis aduenit. Nunc igitur videndum qualisnam fuerit morbus: atque ut existimo hæc dispositio est ventriculi phlegmo, inquit enim Rases ut quidam de nominibus soliti dicunt: lib. 9. ad Alman. Si cum dolore ventriculi febris fuerit, & apostema manifestum cum sensu caloris in tactu æger ex basilica (iecoriam solemus vocare) sanguinem mittat, haud dubiè quia phlegmonem adesse intelligit, ut etiam Matthæus Ferrarius in expositione docet, & Platearius, doctentes etiam generationem ex mente Gentilis si quidem, quod fiat per infusionem bilis in tunicas ex cōcauō venietis. Et patet, Quod Symptoma secundum illos præter propria etiam signa conueniunt: & sunt, Doloris vehe mentia, æstus magnus, pulsus cordis, syncope,

trac. 6. c. 13.
Dinis. 26.

356 H. CARDANI

frigiditas extremitatum, sudor frigidus, deie-
ctio appetentia, corruptio excentum. Quod
autem dicunt de stupore, alienatione, conuul-
sione ac subeth, non aptè ponitur, nam cata-
phora laborant, atque sic subeth exponi de-
bet, cum subeth seu grauis somnus à frigida
causa & plerunque humida fiat, carum vocat
Græci. Reliqua non sunt signa propria nec e-
tiam vera persæpe, nec secundum rationem.
Nam licet sit in membro nerioso quia tamen
extenditur ab omni parte, non sit vera conuul-
sio, sed singultus qui species est conuulsionis.
cap. 59. Sed ut ad Rasem iterum reuertar, ipse posuit
suam curam meliorem in lib. Diuisionum per
laetis potum & compressionem: sed hoc cum
iam fuerit suppuratum, quod in phlegmone
continetur. Sed & quæ ad pulsus attinent.
cap. 6. his consentiunt quæ à Gal. in quarto de Præ-
fagiō ex pulsibus scribuntur. Pulsus duri atque
creberrimi in ventriculi phlegmone sunt. Sed
si in ore eius sit phlegmon, adeò duri esse ne-
queunt. Dilucidius etiam dum de Causis pul-
suum loquitur ex Isagoge. Nam si inflamma-
tus sit duntaxat, ita mutat pulsus, ut nerovi
corporis diximus inflammationem solere. Si
comprimatur, vellicetur, laguecat, singultiat,
vomat, nauget, fastidiat, doleat pro genere
symptomatis. Subiungit languidi parui paulò
celeriores, & admodum crebri evadūt pulsus.
lb. 4. ca. 2.4
cap. 7. Superius autē declarauit quod pulsus inflam-

mationis partis neruosæ parui sunt, duri atq; ferrini. Itaque de signis satis conuenit, licet pa-
rum aptè ea disponant recentiores. Sed quo-
modo fiat hoc apud me vehementer dubium
est. Nam quod ex infusione fiat chiliac nutriti-
menti, videtur fermè impossibile, videmus e-
nim omnes phlegmones fieri ex venarum tu-
more, quod etiam sensisse videtur Galen-
nus libro de inæquali intemperie. Quomodo
^{cap. 3.} autem fiat ex ex venis quæ ab hepate prodeunt
adhuc dubium est. ille primo in exteriorem
tantum tunicā ventriculi ingrediuntur. Quod
si ex caua vena prodirent, non mirum esset fie-
ri phlegmonem. At Vesalius ostendit ex stel-
chia sola nutriti ventriculum. imponit autem
Galen quod voluerit etiam ex caua venas ad
illum peruenire. Sed hoc Galenus non censet.
in sexto enim Anatomicarum aggressionum ^{lib. 5. cap. 3.}
qui locus à Vesalio adducitur, inquit. Atque ^{fol. 4.}
vena quædam ex iecinore ad lienem pertinet,
cuius processus in ventriculum defertur: eius
verò pars quædam, postquam omnibus lienis
partibus propagines transmiserit, in ventricu-
li gibbum ascendit. Et in frà paulum, Vena por-
tæ quam recéiores, quod aliarum supple quæ
ad membra nutriti deferuntur quasi cau-
dex sit, ~~στελέχεια~~ vocant. vbi manifestum est
de portæ vena illum intelligere, atque ob id
minimè venam seccare oportet. Hoc namque
auxilium prætermittunt Alexander & Ætius;

lib.3.ca.9. Paulus autem curæ nō meminit. At dices Rā-
lib.9.ca.16 ses sanguinem mittit , & Auicenna & Auen-
31.32.tra.4 zoar: Respondeo morbi magnitudinem inspe-
cap.3. xere. Sed non est cura propria. Mirum est igi-
1. Theisir tur vel quomodo fieri possit ex porta vena
9a.15.ca.2 trahente , multoque magis quomodo curari,
cūm nec sectio venæ nec clysteria , nec inedia
auxilium afferant,cūm etiam inedia & multo-
magis medicamentum omne vel etiā leniens
non leue inferat detrimentum.

CONSILIVM QVINTVM
DE DOLORE VAGO PRO
D. Bartholomaeo Charabello.



Ec patiens iam à qua-
tuor annis citra, patitur
dolorem quendam in
partibus ventris ac pe-
ctoris : cuius initium
fuit ex potu vini acer-
bi & austeri post labo-
rem vehementem, suc-
cedentē convalescentiæ ex febre tertiana. Et
primū cœpit in partibus ventriculi : deinde
per auxilia recessit , & remansit in quiete per
tres aut quatuor menses , vt ipse mihi refert:
demum reuersus est dolor eodem ferme lo-
co, & sensim ad alias etiam partes declinavit:
modo ad ventrem usque ad pectinem: modo

ad partes superiores, usque ad gulam, & furculam superiorem. aliquando in directo spinæ dorsi superius parum quam è regione ensifor mis furculæ. & aliquando dicit in colli parte postrema. & etiā aliquando ad latera, & quandoque è regione lateris dextræ, usque ad collū per costas. & nunc præter dolorem, sentit quandam dispositionem, quæ quamvis non sic cum dolore, attamen est cum magna eius molestia. & sentitur supra umbilicum per quatuor digitos pulsatio ingens, non lata tamen sed velut ex arteria magna. & feces sunt quasi naturales. & insomnias non parua, & attenuatio corporis, & vrina cum nebula vel sedimento, sed tamen substantia & colore aqueo, ut ipse referr. & torquetur dolore ante cibum, & etiam post: & aliquando tamen qui escit: & ex assumptione cibi in hora doloris quandoque levatur, quandoque grauatur: & ipse sibi persuadet quod duritiem habeat iuxta ensifornem furculam, quam nos cum proximum tangeremus, tum etiam resupinum percipere non potuimus. vrinam autem non videntur, sed illius dicto acquieuiimus, nocetur ab aqua, à difficultate concoctionis cibis non leviter. Amarorem oris non sentit, nisi raro vomitu frequenter vexatur. in quo tamen parum aut nihil euomit. Sitim quandoque validam, nonnunquam nullam sentit. toto hoc tempore præter febrem unam ephemera hoz

360 H. CARDANI

ratum. XVIII. nullam aliam passus est. qua etiā
sæuiente, dolor cessavit, cessante autē rediit.
Iecur ut illi videtur calidum, quod coniicit ex
calore palmae manus, cum etiam grauitatem
& tensionem è regione dextri lateris iuxta co-
stas sentiat, aliud astricta: aliquando etiam do-
lor ad spatulas extenditur. interdum etiam
multa euomit. hæc sunt quæ ex ipsius aspectu
& narratione habentur, interim tamen flunt
hæmorroides natura eius seu san-
guinea: etas iuxta XL. annū. Igitur cū morbus
hic nō possit esse à mala téperatura sine mate-
ria: nā accidēs nō migrat de subiecto in subie-
ctū ut colligitur 4. Phýsiconum, dolor igitur
si mouetur, causa eius necessariò mouetur, &
si dicas quòd causa multiplicatur sicut ignis:
tunc necesse esset vt dolor non transiret nisi
per continuam partem ad aliud extremum.
Hoc autem ei non contingit: quare relinqu-
tar, vt dolor hic non sit à mala qualitate tan-
tum. Nec etiam à materia quæ sit humor: nam
si est æqualis, impossibile est vt lèdat adeò
vehementer nisi per magnam solutionem cō-
tinui: quare vel phlegmon adesset & sic fe-
bris, dicebat enim Galenus, phlegmones vis-
ca. 6. & 11. cerum febris comitatur: vel etiam aliarū par-
tium. Si verò non faciat phlegmonem, opor-
tet vt magna sit moles eius, quare in solutione
doloris apparebit semper humor ipse per vo-
mitum aut in excrementis: horum nullū iam
diximus

diximus contingere, quare causa doloris non
est humor solum peccans in quanto. Sed ne-
que in quali, neque enim adeo intensa frigi-
ditas aut calor, aut amaritudo appetet qualis
esset necessaria bile flava atrave vel pituitata
peccante. Retsus mirum esset quod haec pitui-
ta vel bilis ad pubis ossa, modo ad collum vs-
que extenderetur: intus, extra & ubique. Cum
igitur causa non sit sola mala qualitas, nec hu-
mor aliquis quantitate sua, vel qualitate, telint-
quitur tandem, ut sit flatus. Cuius etiam indi-
cium est quod non adest pondus, tum quod
subito soluitur. dicebat enim Princeps loquens
de signis doloris capit is: In dolore facto ex
flatibus extensio augetur & gratitatis minui-
tur, & aliquando est cum punctione, quandoque
etiam cum corrosione, & in flatuoso do-
lore quidem grauitas nulla est. Et quandoque
etiam cum ipso fit permutatio doloris frequens
de loco ad locum. Sed de subdita sanatione,
de qua dixi, habetur textus etiam a Galeno in
xxi. Attis curatiæ dum flatuosum dolorem
curare docet. Et quamvis illud fiat arte, idem
contingit etiam natura. adest igitur & tertium
signum de quo dicebat Princeps scilicet subi-
ta permutatio de loco ad locum, & quartum
quod est tendens, & aliquando pungens, &
quandoque corrodens. Hoc genus doloris cre-
do descriptum esse a Principe cum dixit: Et
flatus est quandoque in tunicis membrorum

*prima tertij
tra. 2. ca. 7.*

*cap. vlt. post
med.*

H. C A R D.

BB

Secunda & villis, sicut in cholica flatuosa, aut in tunicis
quarti do. 2 musculorum & sub membranis, & super ossa:
sum. 6. c. 26 aut in circuitu muscularū inter carnem mol-
lēm & cutem: aut est in ipso membro latitanis
ut musculi in pectore. Et ipsius quidem resolu-
tio seu subita sit, seu in longo tempore fiat, e-
rit secundum multitudinem aut crassitatem ma-
teriaꝝ, & membra densitatem: ac horum con-
traria. Sed Albucasis hoc genus morbi ad vi-
li. 2. c. 9. 5. guem descripsit: & vocat eum Nachir. Diffe-
sue chirur. gie. réria tamen est duplex. prima quod ut ibi nar-
rat, hic morbus est solum in membris exterio-
ribus ac manifestis.

S E C U N D O, quia est inter cutem & carnem,
Musculum & non inter duas membranaꝝ, aut inter mas-
culum & membranam, ideo Nachir non facit
dolorem, & hic morbus facit dolorem, & e-
tiam vehementem: quia in hoc paciente fla-
tus est inter tunicā & tunicā, vel inter tunicā
& muscularū. est tamē eadem species materiaꝝ,
& idem generationis amborum modus. Patet
autem per Principem loco allegato, quod fla-
tus abundat aliquando in concavo membro-
rum, aliquando inter carnem mollem & cutem.

T E R T I O inter musculum & tunicam.

Q U A R T O inter duas tunicas, & in his duo
bus modis sit necessariò dolor vehementissi-
mus, maximè in tunicis ventriculi & intesti-
norum; diebat enim Auerroës, mēbra dolo-
rosa sunt ventriculus & intestina. In secundo

autem sit Nachir & vocatur ab aliquibus sal-
tus. quia cutis salire videtur. In primo autem
fiunt dolores frequentes: sed non adeo validi,
nisi flatus sit valde crassus, & ora vasorum ob-
structa exquisitè. His stantibus seruare oportet
omnes casus quos illi diximus aduenire. cu
igitur debilis esset propter febrē, & substanc-
tia ventriculi rara ob calorem & exercitatio-
nem, penetrauit vinum multitudine & austera
qualitate præditum, & imbibendō villos do-
lorem excitauit, & malam qualitatem. Vnde
continui solutio, nam membro crassiore facto
vbi ad statum suum redierit, quod est inter
duas tunicas laxum relinquitur: & apertum.
Inde auxiliis adhibitis mala temperatura sub-
lata est, & cum nondum laxitas magna esset,
quiuit dolor. Deinde rediit & flatus ille pe-
netrauit sicut in renum calculo, modò inter
ventriculi tunicas, modò inter ventriculum
& peritonæum: nam ventriculus peritonæo
magna ex parte subcingitur. penetrante flatu
inter peritonæum & ventris musculos per
longum aut obliquum positos, dolor ad pecti-
nem usque declinavit. Sed maximè per mu-
sculos longos, quorum interque etiam ibi fini-
tur. Nam obliqui potius ad anchas perringunt;
para autem quæ inter tunicas ventriculi con-
tinetur ad summum gulæ ascendit, per easdem
tunicas, & si dolorem infert. alia verò transfer-
tur sub pleura quæ ex peritonæo nascitur vñ.

BB ij

364 H. C A R D A N I
quæ ad summum furculæ, à latere dextro, quia
illud est calidius, propter epar, ut dicemus in
de causis generationis huius doloris.

C v m verò dolor recedit, remanent partes
tamen separatae, & est species quedam doloris
6. aphor. 5. ex hoc stupidi à Galeno positi. & quia dolor
prohibet somnum, & ob curas macilenter
redditus est, quam ob causam pulsatio sentitur
z. theisir tr. supra umbilicū, ut dicebat Zoar, inquit enim,
15. cap. 1. causa quod pulsatio sentitur super fundo oris
ventriculi resupino ægro existente, est extre-
ma tabes ipsius ventriculi. Alter enim senti-
ri non posset, tota illius substantia quæ cras-
sa est, & tot inter mediis existentibus, inter-
media autem sunt peritonæum musculi longi
& transuersi seu lati, & membrana & pingue-
do & cutis. declarauimus, enim contra Gale-
num in sexto contradicentium medicorum
sub ventris cute, membranam non esse ex
musculorum contextu. Porro arteria illa ut
Vesal. lib. 3.
ca. 13. & in
delineatio-
nibus.
habetur ex dissectione cum magna non sit,
nisi intelligatur ramus ascendens ex sinistra
parte nutiens partem posteriorem imamque
ventriculi, necesse est eam dicere quæ in dor-
so iacet, dorsi vertebris subiectam. atque hoc
magis iudicio meo verisimile est, quod qui-
dem in quantumcunque extenuatis minimè
percipiatur, nisi cum multum compresseris
ventriculum. ibi enim peritonæum quasi dor-
so hæret. Vnde etiam in proverbio solemus

dicere ventriculum adhærente dorso eorum
qui fame sunt enecti. est igitur dorsi artetia
magna quæ sumitur, non quæ est in ventriculi
fundo. indicio etiam est, quod nunquam eam
in quantumcunque extenuatis vel in dextra,
vel in sinistra parte percipi. sed in medio solū.
ex quibus colligitur ventriculi maxima exte-
nuatio, de doloris etiam processu appetet,
nam ventriculus postquam sursum astringi-
gitur, ad nonam thoracis vertebram dextra *Vesal. lib. 5. cap. 3.*
paululum ex parte inclinatus magnæ arteriæ
applicatur, ascenditque usque ad quartam tho-
racis eo progressu. inde directus sanguis ad
medianam usque ceruicis pertingit vertebram
iunctus dorsi spinæ, inde ad os parum reflecti-
tur. quo fit ut dolor ad posteriorem colli re-
gionem tum dorsi quandoque pertingat.

*Q*uando autem ad gulam & superio-
rem furculam pertingat, hoc est quia ibi aspe-
ra arteria stomacho iungitur. atque ob id etiā
illo affecto partes anteriores pati videntur.
vomitus autem aliquando succedit materia in
concauo existente, aliquando non ea existen-
te inter tunicas: sed nausea mala & laboriosa.
& cum ob imbecillitatem male ventriculus
concoquat, cogitur iecur supplere vices ven-
triculi. quare ex nimio labore supercalescit,
inde feces exiccantur, & non parum. ob do-
lorem verò & cruditates & tristitiam, ut di-
ctum est, vigiliae. cum verò flatus fuerit inter

BB iij

*duas tunicas, ventriculus tenditur & durus
videtur iuxta Principis sententiam: sicut & in
pila vento aut aëre plena, vnde sibi persuader
quod tumorem durum habeat in ore ventri-
culi. cùm verò tangitur abscedente iam flatu
molle percipitur.*

V R I N A verò habet sedimentū, non mul-
Secunda pri tum cocta ob ventriculi imbecillitatēm. Vn-
mpī doc. 3.c.2 de Princeps alba vrina secundum intentionē
translucentis significat frigiditatem & con-
coctionis priuationem. & sedimentum sit ex
venarum operatione in id quod relinquitur
ex iecoris concoctione non absolutum, vt de-
clarauit in secundo libro Cōtradicentium me-
dicorum. quare dicebat Princeps loco eodē,
dum de vrina cārulea ageret, & si fuerit in ea
hypostasis, erit spes vitæ, aliter non, & hoc
magis militat in alba. significatur enim illa
assidente, adhuc naturam venarum resistere.
ex quo patet quare non corruptentur aut
perturbentur vrinæ eius. Nam vt habetur à
Galenō, perturbatio in vrina significat mediā
coctionem, sed hic est yltima cruditas quoad
vētriculum, vt declaratum est: igitur talis vrin-
a non potest perturbari; apparet etiam cau-
sa coloris eius qui est vt plumbeus subcitra-
tus. dicebat enim Princeps illum, qui exper-
13.3. tr. 1.ca 17. & 14.3 tus est, nō fallit color. ipse enim declarat mor-
trac. 2. c. 2. bos ventriculi & iecoris. vnde præcipue, vt
13.3. trac. L habetur ab ipso in capitulo de Signis malæ
cap. 19.

temperaturæ frigidæ albedo coloris cum modica citrinitate, ut eius nomine utat, frigiditatem ventriculi decernit: ex hoc etiam patet solutione dicti Galeni, cum inquit, virinæ bonitas significat incolumentem venarum. nam potest esse prava etiam ob ventriculi imbecillitatem. ostendit tamen malam coctionem in venis necessarij: vel sua causa, vel quia materia qua ad eas transmittitur male parata est conditioni. & hunc modum generationis tetigit Princeps, cum dixit, & sic cholica aliquando à flatu qui est inter villos & tunicas intestinorum illas separando. nam hic modus tenet etiam in aliis, declaravi autem in secundo Contradicentium medicorum, quod principalis causa non solùm, sed & adæquata doloris, est solutione continui non mala temperatura. haemorrhoides autem fluentes, & preservatio in vietu ob timorem doloris, faciunt quodd raro febres incurrat. ad quod iuvant purgationes etiam tensione autem quam sentit in latere dextro est ob causam dictam, nam humores crassi gignuntur ex chilonon crudo, & ideo recte dicebat Princeps: & scias quodd cum inter ventriculum & iecur tensio inuenitur, & in ventriculo extenuatio: tunc hoc indicat naturæ resolutionem. Nam humores crudi sic geniti obstruunt, non solùm iecur sed & loca rei vicina, & augment caliditatem eius: & cum hoc faciunt tensionem. & caliditas tamen manuum, non solùm

^{16.3.traç.3.}
cap. 6.

^{tra. 5.ctr. 2}

<sup>13.3.traç.
1. cap. 23.</sup>

BB iiiij

procedit à caliditate iecoris, sed à labore ventriculi in cōcoquendo. cuius signum est quod post horam ab assumptione cibi debent calcescere extrema, & pulsus intendi ac frequētior reddi sicut in hecticis etiam fieri solet. ex quo patet quod aegritudo ipsa cognita est, quia omnia quae illi succedunt secundum necessariam rationem, huic conueniunt.

His visis dicamus de humore ex quo fit flatus hic, & de minera, ut solet dici generationis eius. & incipiam a proximo dicto Principis, ut etiam exponebat Gétilis, & dico quod omnis flatus fit, vel ab humore, vel à cibo, vel à chilo. & cum hic morbus adueniat etiam vacuo ventriculo, ideo non potest esse à cibo & chilo semper, quare erit ab humorē. & hunc secundum plurimum, ut declaraui ex illius conditionibus, cōuenit esse crassum & tenacem. Sed quomodo ingredietur homo tēnax membrana & villos? Respondeo, quia paulatim penetrat subtilior pars & crassior extra congelatur, & ita flatus inter partes membranarum continetur, & etiam inter partem densam & lapideatam ac ventriculum.

Ex quo colligitur pessimus error eorum qui in talibus utuntur valde calidis; nam pars subtilis resolutur ex intentione Principis, & crassa adhaerens ventriculo congelatur, sicut videntur in gypso dentium, & pars congelata facit quatuor effectus: primum retinet flatum ne

*mor
membranas*

discutiatur, & sic dolorem efficit vehementissimum. Secundum quod sola adhærens facit illum dolorem stupidum, de quo diximus. & si nobis in dentibus hoc tedium affert, quanto magis in ventriculo & viis illi proximis? Tertium est quod interiecta impedit coctionem cibi, est enim medium ad prohibendum caloris naturalis transitum. Quartum est detersus aliis, quod prohibet transitum nutrimenti ad membrum sua densitate, & sua frigiditate illius perfectam assimilationem: & sui pondere attenuat illud.

R E D E V N D O ad propositum causa flatus est duplex: nam forma est quasi idem cum effectu, ut colligitur in XII. Prima philosophiae. & in his quæ non per se intenduntur à natura non querimus finem, ut in morbis & monstris: ideo sufficiat dixisse de materia effici enteque,

I G I T V R in tertio de causis symptomatum videretur finire effectricem causam esse calorē debilem, nam ab exiguo nullus fit flatus, ab immido autem nō fit nisi ex eduliis flatuosus. atque is, ut dicit adeò leuis, ut illico uno vel vietu euaneat. prostrato igitur omnino naturali calore nullus fit flatus. integro autem non talis qui torqueat, præsertim diu. necesse est igitur imminutam hic esse calorē. & quanto magis imminuitur, eo magis usque ad maximam imminutionem flatus augetur. neque

370 H. CARDANI

verò potest, vt in frigoribus viuente adhuc homine, calor instantum extenuari, vt fatus gigni nequeat, sed vix tantum vt modicus. & tunc iam breui superuiuit animal. ne igitur te exemplum decipiatur hyemis, vbi etiam nullus fatus gigneretur. nam nō par ratio vtriusque, cùm hyeme etiam cadant frondes, & manifesta prohibitio generationis herbarum apparet. at in corpore humano nunquam quicquam ex toto perit circa nutritionem ventriculi superuiuente diu animali. quo sit, vt ea diuisio Principis in diminutam & corruptam ablatamque concoctionem ferme ex ultimo membro, solum rationi non experimento satisfacit. Galeni tamen exemplum ea ex parte est accommodatum, qua positum est, scilicet quod calor non est ex toto imminutus, cui fatus succedit. Sed & ob id recte dicebat Averroes, quod fatus sit à calore diminuto. & Auicenna declarabat hoc, & docebat quomodo calor etiam non naturalis generat fatum antequam concoquatur cibus. & etiam quia imminuit calorem naturalē. & ideo aequalē imò fortè maius est detrimentum in his excessus ad calidū sicut ad frigidum, licet excessus ad frigidum celerius sentiat, quia calidum præternaturale in sui etiam præsentia obtundit sensum doloris. vnde acopa Græci talia vocat medicamenta. & Auicenna in quarta primi de medicationibus doloris appellat anody-

3. collect.

cap. 16.

14.3. tra.

4. cap. 4.

C. 7.

3. cap.

na. ex quo apparet quām facile sit esse medicum, quām verò difficile sit esse bonum medicum. omnes enim incident in hanc foueam, vt calida exhibeāt in doloribus flatuosis: cūm quandoque frigida sint longē vtiliora: & certè iactura quæ sit à calido medicamento longè deterior est semper æquali facta à frigido. & etiam patet causa medicationis illius monstrorum cholicæ descriptæ à Principe cū endi- ^{decimafex 2} uia & aqua frigida, in epidemiali constitutio- ^{ta tertij træ} ne, per experimentum antiqui. & causa etiam ^{3. cap. 6.} erroris quare nullus ex tympanite seruatur ^{ccccc. 2} hoc tempore.

S E D redeo ad institutum. Galenus pro causa materiam referente ibi ponit cibos: & forsan quòd ex cibis generantur. & pessimum est pituita vitrea, vt dicebat Auerroës, præter e- ^{3. coller. 6.} nim summam frigiditatem, viscida est atque lenta, vt dicebat .vnde Galeni sententia est, quòd non purus flatus tantum, sed etiam densus ac vaporibus plenus procreetur. nec penetrás, nec solui facile aptus. Sed & id expref- ^{co. 2. infi.} se confessus est, quòd flatus fiat ex humoribus crudis secundo Prognosticorum. talis autem maximè vitreus. & ideo dicebat Gal. quòd ta- ^{2. ad gla.} lis spiritus cùm sufficienter frigidus fuerit, tūc ^{cap. 6.} vehementes excitat dolores. nam frigidus cū fuerit, erit primò densus: & qualitas illa omni ex parte membrorum naturæ est inimica. patet autē quòd ex omni humore crudo potest

372 H. C A R D A N I

fieri flatus ex Galeni sententia, humor autem crudus est pituita, inter eius genera post vitream est gypsea. pessima vero quæ cum melancholica commiscetur: nam terrea parte flatum gignit resolutioni omnino repugnâtem, sicut apparet in quartanis comparatione aliam febrium. innuit igitur Galenus loco iam proximè in margine scripto, vbi Princeps omnia sumpsit, quæ de doloribus ex flatu secunda primi loco iam descripto tradiderat, quod flatus ex materia calida exiguum vel nullum dolorem facit. seu etim in concavitatibus, seu inter sensibilium membrorum partes continetur, minus lædit & celerius resoluitur. at hic diuturni dolores materiam ostendunt frigidam.

*2. de differ.
fib. cap. 5.* V N D E Galenus etiam in febribus testatur frigiditatem ad morbi facere longitudinem, verisimile igitur est vitreum humorem, ac pituitam melancholiae mixtam in causa esse. cōstat tamen fieri posse, vt flatus etiam ab alia causa fiat, quam à materia frigida de mente Ga
5. epho. 72. leni. sed tamen talis flatus haud adeo, vt dixi, dolores excitat. pituita autem in ventriculo generatur de mente Galeni, vt alijs declarauit. His peractis sumus fermè in casu Hippocratis. Quibus tormenta, &c citra umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter soluitur his in hydrozem siccum firmatur, & ideo nisi occurratur,

necalia mors ex acuto morbo præueniat, in tympanitem dispositio hæc terminabitur, vt vnicuique patet, qui diligentius verba Galeni quām Hippocratis rimatus fuerit. Posset tamen sanari omnibus peractis, quæ illi sunt necessaria ad amissim. Quod cùm difficile sit, etiam nunc nobis rectè præcipientibus, antea etiam erat impossibile. Nam tales morbi vt acuti, nunquam casu sanantur, vnde in his patet gloria medici, vt Octavianus Horatianus in libro suo de Morbis diuturnis dicebat. Ex quo clarum est, cur per nullum ex his qui hodie celebrantur in toto Mediolani dominio, ut ita dicam, vñquam sanari potuerit: & minus in posterum posset, cùm longè deterior factus sit hic morbus: & si ex his tamen unus sit, vt intelligo, satis eruditus: sed cùm modicam adhibuerit diligentiam, morem temporum, vt video, sequitur. omnes enim malunt magis videri, quām esse, quia ambitioni illorū proceres sua tamen iactura, subscribunt: inde ortus omnium malorum & seges. Sed hæc præter propositum.

CURA igitur debet dirigi hic ad symptoma, ad morbum, ad causam morbi. Apparet autem quòd aliud est causa continens à morbo ipso, vt aliás ostendi. Sed hic etiam antecedentem comprehendere. & nolo hic declarare quis sit morbus: nam si est solutio continui, cùm illa non impedit nisi medio doloris ope

*In proposito**1. cōt. tr. 5.
con. 14.*

rationem membra, erit dolor ex his quæ dicuntur à Galeno in libro de Differentiis symptomatum ipsa ægritudo, & nunquam solutio continui. Quod si solutio continui est morbus & non dolor, oportet quod consequatur impedimentum operationis etiam, nō solam continui solutionem.

S E D non est hic locus, cum omnia indigent cura. Quæ igitur cura indigent, sunt dolor primum: trahit enim sicut cucurbitula dicebat Galenus, & virtutē prosternit, & multa alia facit, ut aliás declarauimus. Secundum est prohibitio humoris pituitosè vitrei, post multilaginosi, ut ita dicam, cum melancholia iuncti. Tertium est partis adhærentis membris, & etiam quæ obstructionem facit. Quartum est solutionis continui inter membranas. Quinta est diminutionis caloris. Sexta est mācilitiae. Et vix una horum poterit bene curari sine alia.

C U R A igitur per animi affectus est, ut confidat de salute, & consoletur: quia quisque habet quod rodat: & multi, penè innumeri morientur ante ipsum, qui tamen nunc sunt sani: & quod non potest mori ex hoc morbo, nisi alias superueniat, & sic non potest dici in via ad mortem: & quod est in potestate sua, parendo in omnibus, sanitati restitui. Hæc & talia cogitando, minuet tristitiam, & moderabitur affectus.

In praxi
nostra:

CIRCA somnū, Omnis somnus est bonus, nocturnus, diurnus, modò prolixus sit. Pro somno conciliando nihil melius conserua filiorum nenufaris. capiat ex ea à cœna ab 3. B. usque ad 3. i.

CIRCA exercitationem, Omnis equitatio, etiam ante cibum, mala: post cibum pessima. Omanis motus post cibum malus, sic & immoderatus. Quies extrema mala. Deambulatio autem recta & longa optima est ante cibū. Ex hoc modo faciet facta sua in mane, & vesperi ante cœnam.

Quod ad aérē, modicē calidus æstate noxius, & frigidus in hyeme, vnde locis conclusis habitet in tempore frigoris, & æstate locis apri- cis, & Septentriōne expositis: & vestimenta sua semper sint leuissima, quamuis hyeme sint calida: & lectus sit ex cotto non ex pluma, habeat tamen puluinar, sed catulus esset longè melius, vt teneat illum super ventriculi locum: & manus etiam palma est bona in hoc casu. Et grauari pannis est adhuc dexterius, quam ferre frigus. Et hyeme exercitetur longè plusquam æstate: & vitet frigus pedum quantum potest: & sæpe lauet manus & vultūm aqua frigida, & maximè in tempore æstatis, & post cibum. Et quamuis hæc leuia videatur, multūm tamen in longo vſu cōferunt: quoniam multa pauca faciunt vnum magnum. Repletio autem omnis noxia, & si-

ONIUS

*Zibello
quod nullū
medicamen
tum noxa
caret.*

militer ferre famem naturalem : nam vēntriculus nutritur ex chilo secundum interiore tunicam . Omnis etiam euacuatio artificiosa , & vomitus etiam noxius est . Et ego declarauī hoc alias , cūm de aloë loquerer . Sed tamen cogimur quandoque vomitum etiam nedū purgationem moliri : hac de causa ut quod vacuat tantum pro sit , quod ipsa euacuatio non noxia censeatur . aliter igitur omnis euacuatio per superiore partem facta , seu etiam vomitus spontaneus malus . Et ideo dico , quod clysteria sunt maximè iuuativa in hoc casu , & ego unum describam , quo uti poterit iejuno ventre .

ix. Colocynthidos ex pulpa 3.i.β. esulat 3 ij. turbith 3 ij. radicū Ari. 3.i.β. Mercurialis, maluz, Betonicæ, furfuris ana m. i. Sena 3. ii. camomillæ m. β. coquantur in aqua ad consumptionem duarum tertiarum , sic tamen ut lactaria herba , quam passim esulam vocant , & betonica & sena & camomilla serius addantur : inde expressioni addantur mellis crudii 3. ii. olei de lini semine 3. iii. Theodorici descriptione prima Nicolai 3. iiiij. misce & fiat enema . & poterit ubi nimis vexaret fieri mihi minuendo Mheodorici & lactariæ quantitatem .

E V A C U A T I O autem quæ per coitum fit omnino noxia , ut patet à Principe de Nocimentis coitus , & iuxta Galeni sententiam in tertio

PRO DOLORE VAGO. 377

tertio artis medicæ. Venetorum verò usus,
& tam en in longo interuallo temporis, non tā
est utilis quām necessarius. Ad hoc etiam per-
tinet, ut mane cūm surgit, emittat omnia ex-
cremēta diligenter, & in vespere ante cœnam
dico autem præcipue feces, vrinam, mucum &
naribus. Ultimo, aut frigidi in primo, aut tem-
perati, & hoc ostēditur: nam temperatum ha-
bet reducere extrema vtraque ut declaraui in
libro de abuso medicorum, igitur iuuat in om-
ni mala temperatura acquisita. Calidum etiam
in primo est acopum ferme à toto genere, ut
habetur à Principe, Quarta primi, igitur sedat
dolorem. Sed frigidum in primo est leue stu-
pefaciens, ut ita dicam, sicut Rosæ, Violæ, &
alia eiusdem generis, & Nymphæa ut decla-
raui aliàs, est in secundo genere, & ideo omne
frigidum ut frigidum hebetem facit sensum,
conueniunt tamen tantum ea quæ sunt in pri-
mo ordine, reliquis causam augentibus, quare
ab aliis abstinentur.

*E*t si quis dicat quod ego teieci temperata
in libro de malo medendi usu iam adducto:
Respondeo quod temperata non sunt, ut me-
dicina, sed ut cibus medicinalis: nec complē-
curam sed possunt illam adiuuare, nos autem
aliis insistendum docemus etiam auxiliis. Igi-
tur vñæ passæ ante cibum sunt bonæ, hūmidæ
quidem valde, in primo autem calidæ, & ubi
cibus sit leuis concoctionis in fine sunt lauda-

H. C A R D.

CC

abusus 377.
cap. 30.2. contrad.
trac. 5, c. 15.

378 H. CARDANI

biliores, & albæ propter saporem acetosum
sunt meliores, item citonia tosta sunt bona, de
citoniis sumus concordes, quoniam omnes te-
stantur, & Galenus præcipue ea esse ventricu-
lo commoda. Sed de vuis passis reclamabunt,
inquit enim *Etius*, Acetosæ autem & austeræ
vuae & quaæ habent crassum corticem, ineptæ
sunt nutritioni, & concoctionem, ac distributionem
impediunt: præter id, quod alia habent
quaæ & reliquæ vuae detimenta. At ego cum
Principe sentiam, dicente quod vua passa con-
fert ventriculo & iecori, tamen etiam quod
confert doloribus intestinorum. Nam & Ga-
lenus hoc affirmat: eligit autem dulces & astrin-
gentes cortice subtili, vnde magnæ sunt inuti-
les: quas Zibebas, vulgus vocat, paruæ igitur
candidæ dulces & astringentes, ventriculum,
inquit ille, roborant, & dolores leniunt, paruos
etiam sedant, nec alios fructus commodos ipsi
reperio, nisi quis sorba præmatura post cibū,
aut pyra cocta pro Cydoniis substituat, ex ole-
ribus autem menta & melisophyllum, salvia
& pulegium & origanum, & fœniculum, &
spinachia aliquando, & Draco, herba noua, lau-
dantur, aut tolerari possunt, nocent lactuca,
endiuia, beta, caules & crispi quos cabusios vo-
cant. Ex radicibus rapa, napi, imo omne genus
earum, noxiun. Ex piscibus limaces ter coctæ,
cancri raro & in fine cibi, persici & Testudi-
nes, & Scardoxæ, omnia alia genera noxia. Ex

præparationibus autem suprema est super craticulam assatio cum salvia, pòst verò est in veru, inde virulenta, pòst elixa & frixa in sartagine. Ex carnibus auium omnium quæ piscibus non vescuntur, inter quas anas & anser, proxima hædi caro, ab hac sylvestriū capreoli, leporis, cuniculi: optima Ericij consensu propè omnium, & vtinā multos ex his edere possit, oua non multū conueniunt, maximè ex albo, quāuis vitella facillimè & ne excrementis nutriant: & temperata sint, iecur animaliū volatilium opportunum, arietis carnes post sylvestria. Castrati & vituli inutilis.

Qv AE ex lacte conficiuntur caseus, colostra, butyrum, lac scissile, spuma lactis, pinguedo lactis, lac ipsum, omnia incommoda, detestiora his quæcunque fiunt ut farina panis ex tritico bene coctus nō tostus, fermentatus leuis. Sed longè melior si ex duabus partibus tritici & vna spelta fiat: & cum leui lixiuio miscetur farina, vtatur ex aromaticis Belzoi cū cibis, is est cyrenaicus succus ut declarauit in libro ^{abuso gō,} bello de malo medendi vsu.

CINAMOMI & maceoris exigua quantitas non est inutilis, piper hac in causa fugiat, scio quantas hoc patiatur contradictiones. Sed aliud est librum condere, aliud curam describere alicuius morbi, nunc nisi resecem, res in immensum ibit, legumina omnia mala tum magis phaselli & ciceres, minus lentes. Sed cice-

CC ij

ribus percoctis modicè vti, tum iure eorū poterit. his omnibus saluia immisceatur, iura omnia fugiat, hoc autem generaliter à nobis alias decretum est, artocreas & ientacula eiuscemo di, & ptisanam hordeaceam fugiat. Sed & in hac esset non leuis contentio apud eos, qui multum falso scire se existimant, farum cum modico aceti raro sumat, sumat & pannicum, nō quod hæ omnino laudē, sed si nimis coarctetur licentia, vel contabescet, vel appetentiam amittet: vel non perseverabit. unde vinculis fractis medicæ rationis, vulgarem sequetur viuendi rationem, & sic fine suo frustrabitur, satius igitur fuerit indulgentia mediocri vti. Mel autem & sapa per se vtilia, verùm raro bene aliis admiscentur cibis, pinguisa dolorem sedant, sed causam illius augent, cibi facilis coctionis precedant, quæ dura sunt & contumacia finem sortiantur cœnæ, vberior autem sit cœna quam prandium pluribus ex causis quas in primo contradicentium medicorum declarui, acetum confert modicum cum medicamentis, cum cibis aut per se sumptum nihil nocentius eo. sed oleum optimum: nihilque emelius, cum vero ventriculum laxauerit, mensa vtilis erit ac non minus ea cerefolium herba folio quasi cicutæ, radice odorata, non comedat nisi postquam cibum descendisse iam cognouerit, absynthij usus modicus cum metavel melissophylo vtilis adiecto sale. Sal

ipsum non inutile si mediocriter sumatur, ex
piscibus salitis, alec solum, quam inchiouam
vocabamus, bona est, in parua quantitate: sed ca-
ueat ne pro illo Sardam capiat, est enim ei val-
de similis.

S i adhuc hic modus non conferat, partem ^{parvam}
conficiat ex speltæ partibus duabus, tritici au-
tem vna. Vino vtatur astringente austeroe
sed modicè non præpotenti, non nisi iam co-
mesa medietate cibi tam paulatim bibat, & vi-
num ipsum quidem sit odoratum: & dilutum
aqua, in qua duo frusta chalybis & vnum æris
extincta sint. vtatur & quandoque in cena al-
bo, sed in prandio rubeo claro, pat autem est,
vt nec sine aqua, nec cum multa dilutum sit:
ligentur autem viscera, vt iam præcepi inci-
piendo infra umbilicum per duos digitos &
ad superiora tendendo donec ad furculam
inferiorem peruererit, & infra quidem plus
stringatur, ascendendo autem laxetur sensim
vt respirare possit. Et inungatur sub ea vu-
guento quod describam, & superponatur ab-
sythij sacculus, inde fascia omnia hæc circum-
ambiat.

E t quia intellexi quòd ex hoc auxilio quod
iam quatuor diebus ab hinc iniunxeram, do-
lor in pectus recelsit torus, atque ibi sedem
scam fixit: hoc mihi haud displaceat: quamuis
enim pectus sit ventriculo nobilius, dolor ta-
men in ventriculo longè frequentius ad ma-

CC iiij

lum terminatur, quām in pectore, cū ex flatu non ex humore fuerit, & etiam facilius erit deuincere iam contractum & in arctum redactum, quām fugientem, igitur & de hoc dicam suo loco.

C APPARIBVS atiam vtatur in acetariis cum olco copioso, & aceto ex vuis passis. Sed non coquatur acetum.

C IRCA medicamenta vna ratio omnibus cōuenit vt calida sint & rata: nam debilia humorem contumacem mouere non possunt, frequentia autem prosternaunt: tum præser-tim quòd, vt dictum est, medicamenta omnia sunt ventriculo inimica. Igitur inter prima pō nemus vsum origani in mane masticati, nam resoluit flatum proprietate sua: nam vt diximus, symptomata vocat ad se curam.

E x his autem quæ vitreum & mucilagino-sum humorem concoquunt, sunt acetum, scylliticum, authoritate Dioscoridis, Mefue, Serapionis, & Rafis ad Almansorem: & Amo-mum, & anisum, & calamentum, & cappares, at acáthis, & amygdalę amaraz, & chamedrys, & betonica, & amaracus, & arum, & iuniperi semen, & nasturtium vtrunque, hyssopus, ci-cer, sal omne, cinamomum, raphanus, & ruta, & aristolochia, & thymus, & prassium: omnia hæc Galeni autoritate. Et rursus inter composita confeccio ex allio posita ab Avicenna, tum etiam Philosophorum eodem ferme lo-

co descripta : & de cinamomo Mesue autho-
ritate, & Diaspoliticum, & diacalamentum, &
diatilon pipereon posita à Galeno in libris de
Tuenda sanitate. Est & diacyminum, & ele- ^{deut. tr. 10. 10. p.}
ctuarium ex ligno aloës, & Sagzeira, & cabro-
rius confection ex authoritate Avicennæ : tum ^{prima 5.}
Sirupus de radicibus Theodorion magnum
Trifera fauonis minor authoritate Mesue &
Serapionis virilis. Sed est in coagulis omnibus
proprietas mirabilis, ut reficit Princeps. Ätilis ^{1. antidot.}
commemorat vrticæ semen, & bryoniam, ca-
lamum odoratum, remisci, lastris lachrymas,
succum etiam salicis. Castorium, pistacia, flo-
rem iunci odorati. Concoctoria autem amo-
mum & lentisci lachrymam. Vtriusque autē ^{lib. 2. c. 218}
facultatis facit rosaceum oleum. Inuenio & ^{cap. 21.}
apud Actuarium descriptionem zulapij ex
violis compositi in hoc casu opportunam, ac
non parum frigidam, cui tunc calidissima pos-
sis admiscere medicamenta: habet enim sathra-
los rosas etiam quæ astringant. Est & ab illo ^{cap. de 2. 26.}
diaprasium antidotum laudatum. Sed in his ^{lapia &}
omnibus cùm iam segetem medicamentorum ^{antidot.}
tradiderimus, delectus ordo & modus docē-
dus est. Delectus, quia immoderatè calida, ut
coagulum. Diaspoliticon, diatiron pipereon,
castoreon, confection de alliis, fugienda sunt.
quanquam in antidoto de alliis non vulgaris
spes sit si moderatè utamur eo. ^{de 2. 26.}

VITANDA sunt & quæ carent odore in-

CC iij

cundo, ut aristolochia: erat enim præceptum Auenzoar, quod medicamenta membrorum principalium ab odoratis nunquam spoliari debent: & in eisdem locis docuit, quod vehementer astringentia omnia ventriculo sunt noxia, & quod dolorem excitant: quanto magis in iam paciente dolorem.

1. *Theisir* E T inter moderatè astringentia exemplo
erac. 15. ca. 1 connumerat rosas. Et erat etiam præceptum
& in eq. de illius ut à melle abstineremus, & loco eius *v-*
conseruanda teremur saccharo: & fecit capitulū proprium
sanit.

1. *Theisir* de humoribus imbibitis in membranis ven-
erac. 15. ca. triculi: & ibi dabat in pitvira oximel loco si-
z. & 6. c. 5. rupi acetosi cum succo fœniculi, & non ab-
horret mel in hoc casu. Sed vbi fuerit atra bi-
lis, aut melancholia, addit amygdalas amaras,
& Serapium de centaurea. Igitur ut ad electio-
nem & ordinem deueniam, in hoc casu ten-
tandum esset cum lachryma lentisci, & aniso,
ac oximelle: sed quia morbus processit conco-
quens tale fiat: *z.* radicum ari amomi añ. 3.ii.
Betonice scyllæ masticis 3i. origani thymi praf-
sii añ. m. *β.* Centaureæ *θ j.* Seminis vrticæ, ca-
lami odorati, floris iunci odorati seu squinan-
ti añ. *θ. iiiij.* Cinamomi *z. β.* foliorum salicis &
rosarum in bōtris añ. m. *β.* aquæ lib. *v.* coquan-
tur primo syllæ, acum & mastix usque ad dimi-
diam quantitatem: post addantur cinamonū,
amomum, Betonica, Calamus odoratus, Sc-
mina vrticæ, prassium, folia salicis: & coquan-

tar donec redeat ad $\frac{3}{4}$.xx. post addantur reliqua & coquantur donec redeant ad $\frac{3}{4}$.xv. vel paulo minus: & colentur bis aut ter: & de hac aqua sumat $\frac{3}{4}$.iiij. calidum in aurora cum $\frac{3}{4}$.ij. serapij de prassio, aut de hyssopo, cum gut. iiij. aceti albi & superdormiat per horas duas saltem si potest. Continuus autem sit usus eius usque ad dies octo. vel decem: donec coctio apparuerit in urina: & si videatur sibi calidius hoc medicamentum, quā oporteat, moderetur illud cum sirupo violato dicto: & minuatur quantitas siripi de prassio pro qualitate siripi violati. & ubi dolor interim vexaret praeter solitum, quod accidere posset, addatur ab initio coctionis illius compositi, limaces cum corticibus numero. v. scobis seruinæ 3.i.ß. addatur etiam acetum usq; ad 3.i. si oportet, ubi lento in humorib; appareat peracta coctione. multa sunt que purgant hos humores, præsertim autem Agaricus, Cartamus seu cnicus, heliotropium, colocynthis, Turberum, elaterium, Esula, semen vrticæ, Iris, ex cōpositis autem Dianicon, pilulle de hermodactylis & de serapino, fetidae, misiricha, aggregatiæ, de euforbio de Thapsia, Theodoricum magnum hierę logdion, Hermetis, Archigenis, ut à Mesue habetur, Blanca etiam & Benedicta & hiera rufi & ab Actuario A syncritum antidotum Diclis medicamentum. Et Gal. existimat quod sua hiera infractos tunicis humores possit pur-

gare. Vnum est quod mihi in hoc casu Diarob
cum turbith à 3. iiiij. ad vi. satis facit cum 3. ij.
aque betonicæ. Sed debet addi Diagredium
more solito in descriptione Petri de Tussi-
gnana. Et si hoc nō iuuaret cùm à pilulis om-
nino sit abstinentum, quoniam ventriculum
tabefaciunt, uteret Theodorico magno. tum
etiam hiera aliqua ex supradictis secundum
quod magis videbitur medico consulenti. &
in totum à cassia fistula abstineat.

F A C T A purgatione vtatur vino cum ab-
synthio secundum modum datum: & si nunc
faceret vinum absynthiatum nō esset malum,
cùm tempus sit opportunum. Iuuat & quan-
doque Theriaca in hoc casu, sed bona, non
pseudo theriaca, qua vtuntur his temporibus:
iuuat & diambra Mesue, confessio cāudicon
ex Serapione & Sagzena ex Auicēna. sed hāc
serius, cùm & ipsa pituitā minuat velut à Phi-
losophorum confessio, & theodoricon. His
peractis, si videbitur, redeat ad concoquentia,

*trac. & con
trad. 3.* His visis cadunt duæ dubitationes: Prima
est, an aquæ Thermarum cōueniant: & ut de-
clarauit in secundo contradicentium medicorum,
omnes vehementer siccant: igitur non
conueniunt. Altera, an balneum competat:
Respondeo ex libro de malo medendi vsu nō
solūm competit: sed est necessarium. Ut enim
abuſu 92. Ætius inquit, humectant, molliunt, mitigant
lib. 3. c. 166 dolores: & quæ profunda sunt in altum euo
& 173.

cant. Sic & irrigationes. Non solum autem ex simplici aqua, sed his incoctis quae ingruenti dispositioni magis necessaria videbuntur.

C O N S I L I V M S E X T U M

D E E R O S I O N E G I N G I V A -
r u m , & P h t h o e .

TN casu huius eruditissimi viri laborantis erosione gingivarū & dentiū, concussione facta ex humore calido & acuto: quæsitum est an radicis Cinæ exhibitio cōferre possit. Respondeo, quod iuxta Principē, medicina experta melior est, quam nō experita. Et manifestum est, quod in Pthoë cum aliis auxiliis curauit fratrem Petrum martyrem, & filiam Bartholomei ephippiarij, & filium Gabrielis de Riganionte, & Hieronymū Tibol-dum, & filiū fabri lignarii habitantis sub porticum portæ Tonsæ: & mulierem iuxta sanctū Marcellum, omnes ex pthoë exquisita déplocatos, ab aliis, ut breui morituros à medicis relictos: cùm quibusdam eorum, nec viuentis effigies supereffet: alios etiam innumeros curauit ex eodē morbo tribus illis viis regijs narratis in libello Experimentorum, quos longū esset referre, præsertim cùm ex his plures nō essent, adcō ut hi, quos ego narraui, confir-

mati: & nūc à biēnio citra, omnes, præter vnū, curati sunt, aut ex toto, aut vt possint pluribus annis superuiuere. Quare nō video, cur mihi Cina sit experimento in phthoë cura tentanda: tum magis, quod generosi quidam Medici nostri voluerunt in cura illius Thesaurario Martino illam exhibere, conspiratione eripiētes illum è manibus meis, cùm nondum cognitus essem in tam præclara experientia, spe huius noui medicamēti, & intra menses quatuor miser ille vitam finiuit. Nostri autem adhuc omnes etiam viuunt, videnturque potius omni alio morbo perituri, quàm ex phthoë. Sed nec in Gallica lue ligno Sācto potest comparari: nos enim cùm plus quàm centum nobiles ex ea curauerimus, nunquam Cina indigimus. Quare cùm minus valeat, in quibus maximè probatur, quid in hoc sperandum? Ut autem aliquid de Cinæ natura ac viribus dicam. Est illa quidem radix non parua, crocei, ac subalbidi sermè coloris, pallida & gustu subacida, odoris femè nullius, vt qua sit, quasi lignū: adeò efficax, vt nullum aliud medicamentum, ne venenum quidem possit ei comparari. Nam primò vel septies cocta, vel etiam plus quàm decies, vim præbet medicamenti egregij: & aquam, vt pulli ius efficit: & vncia eius incoquitur aquæ vnciis 200. donec sermè ad 70. redeant. Nihil autem est, quod tam diu vim suam posset, ac in tam magna

aqua quantitare, impetrari. Vehitur ex Inde ex regione Ciniāna, ut existimo. Scinditur in subtilissima frusta, lataque, ut coronati aurei, atque ut dixi 200. aqua vnciis, vncia vna in nouo lebete terreo lapideo immergeatur fer uerque donec ad 65. redeat, intecto semper vase, ne fumus possit exire: inde ab igne detracta, proxima igni constituitur, circumvolutis pannis, ne vel quidquam exire possit fumi, aut repente refrigerari. Purgans decoctum reddit dimidia Ganti drachma, quae Alypi est radix. In singulos autem dies renouatur decoctum: amarescit enim, ut pro 24. diebus 24. vnciē sufficiant. Bibuntur summo mane calidissimi decocti vnciæ 14. pannisque prolicitur sudor: inde licet post tres horas bene contectū pannis, etiam si non sudauerit, è domo exire. Seruatur interim calida usque ad vespertas, bibiturque cum cibo, nec aliud omnino quidquā, sed & interdiu: non tamen adeò feruens, sed quasi tepida. Abstinebit à Venere, meridianoque somno, cibis etiam omnibus acribus, salmis, amaris, acidis, lacte, iisq; quæ ex lacte fiunt: tum iuribus, ac fructibus. Utetur pane, ac pulli carne elixata in singulos dies bis, à cibo autem etiam melle: hoc enim huic decocto maximè conuenit. Post 14. diem autem, pullis assatis ut licebit, absque condimentis. Si morbi Gallici causa exhibeat, lauentur hoc decocto singulis diebus optimè vlcera, & panni ex illo ma-

didi imponantur absque ligatura. Licet etiam post 8. dies semel, si virtus admodum sit debilis, vini aliquid decocto hoc lymphati bibere, atque ita interdictis duobus diebus repetere. Si aluus non demittat, decocto, oleo rosato, melle & sale clyster fiat, nec aliud alterius generis: subducit enim aluum egregie: cogitur autem aluus plerunque a 7. die, ac in posterum suppressa manet: quo tempore etiam incipiunt in Gallico morbo saeuissimi dolores. scilicet a septimo die: sed hi ut plurimum ad 14. terminantur: alui autem duricies manet usque ad finem dierum, quibus decocto utitur. Peractis 24. diebus colligitur lignum, quod relictum fuerat in singulos dies, ac in umbra siccatum exacte, denuo comminutum in exiliores partes, tantundem aquae incoquuntur: sed ut duas unciae ligni 200. aquae imponantur: redeant autem ad 65. ut prius, exhibeturque eadem ratione, iisdemque praceptis per duodenos dies. Interim autem licet ludere, spatiari, coniectum panis, negotiarique serenis tranquillisque diebus. Manifestum est autem, quod natura, & proprietate hoc agit Cina aduersus Gallicum morbum: non autem licet vietus tenuitatem, ut in ligno Sancto, in cauam curationis adducere. Neque siccitate id agit sola: impinguantur enim accipientes. Vis igitur eius exiccans, & putredini tum ob hoc, tum ob vim propriam resistens: habet & acrem partem, ob quam ad am-

rum conuertitur facillimè, & vtentes ab acribus, amaris, acidisque, ac falsis arcet. Valde enim tenuum est partium. Habet & partem succulétam, ac dulcem, & vntuosam, qua impinguat, & proprietate sua iecur confirmat. Ob haec igitur ad quæ profit, satis est manifestum. Hydropi siquidem, ulceribusque malignis, phthoc, lepræ, elephantiasi, Gallico morbo, & atrophiæ, & scirrhis iecoris.

CONSILIVM SEPTIMVM

PRO LV E GALLICA, A R-
thritide, ulceribus prauis, æde-
matibus, elephantiasi.



A D IX quadam nuper tenuis,
ac subcrocei coloris, ex India
aduictar, quam ego omnium
Mediolani primus vidi : erat
autem non absimilis glycyr-
thisæ tenuissimæ, rugosa scilicet (nam ea talis
cum siccatur euadit) & colore inter croceum
& cinereum : sed gustus subamarus erat: odor
vix sentitur. Vncia vna in lib. ii. aquæ colore
addit vini rubri turbidioris, odorem quasi
grauem, amaritudinem non leuem, & summè
prouocat sudorem. Partium est tenuium, cras-
sarumque : nam amaritudo in terreo constat,
calida est in fine primi ordinis, siccata in secun-

do:epota cum tenui victu, scilicet pane bisco-
eto,atque passulis,per dies 40,Gallicam luem
plus iuuat quàm Cina,aut lignum,quod San-
ctum vocatur.Expedit autē,vt sic etiam opitu-
letur his, qui arthritide laborant, & viceribus
pravis , & his, qui ob pituitosum humorem
laborant cedomatibus , aut morbis vltra he-
par.In obstructionibus autem cōcauæ partis
iecoris, & ventriculi mala coctione , non au-
derem hoc tentare,nisi forsitan vicitus tenuitas
nos à periculo tutos redderet.Quod etiam ie-
cur confirmet , quódque lienem extenuet ,
quod incipientem elephantiasim curare pos-
sit, & hoc verisimile est.Dantur decocti vn-
ciæ sex in singulos dies summo mane , id est,
hora diei secunda, tantundem horis ante cœ-
nam tribus : tum cum cibo quantum volet.
Permititur autem sudare contextus pannis
ab assumpto potu : verūm, vt sudauerit, libe-
rior est,quàm in assumptione Indici ligni:ne-
que enim prohibetur quin ad solita prodeat
exercitia, nisi frigoris metu , vnde contextus
pannis esse debet , & vitare infausta tempora
pluuiarum, ventorum , & frigoris. Memine-
rit eius quod scripsit Hippocrates. Vbi fames
laborandū non est : atque similiter cauēdum,
vt inquit Galenus, à sectione venæ:sic & à Ve-
nereis,ac curis nimiis. Singulis tamen decem
diebus purgare conueniet corpus , cum cata-
potiis, qua lento humores & crassas feces
expellere

expellere possint: qualia ex aloë, colocynthide,& elleboro componuntur. Alij præbent siliquam Indam cum diacatholicone: quod ut minus utile est, ita magis tritum. Habet autem vim præcellente inter sui generis medicamenta hæc radix, in emendandis capitibus ac cerebri vitiis: seu ob tenuitatem, seu ob proprietatem quandam. Et quāquam hæc ita sint (candido Lector) non tamen tantæ victus tenuitati seorsum, præfertim purgationibus frequenter adhibitis, parum ad curandos consimiles morbos tribuerem. Quod fit, ut Gallicā hanc pestem inter frigidos affectus collocauerim. Sic humana solertia indies inuenit, quod iam inuentis merito præponi possit. Videlimus in claro viro Martino Chiaues Hispano post modicæ quantitatis haustum (nam in eo periculum primò fecimus) crassam atque sanguineam materiam è naribus descendenter: ita ut propter os, quod inter mediū est, miraremur, quanquam ulcera aliunde usque ad os penetrantia, à descensu diuerterent. Cōstat autem Indicas res maiori præditas esse virtute, etiam pro qualitatū ratione. Sed de hoc à nobis in libello de Subtilitate dictum est. Nunc autem, quoniam ita sit, solum intellexis sufficiat. Quodque generaliter peregrina medicamenta plus agant: aër autem, atq; cibi, ac potus patrij, ad vitæ usum magis conducūt.

F I N I S.

H. C A R D.

DD

PRIVILEGII REGIS

SENTENTIA.

CHAROLI IX. Francorum Regis Christianiissimi atque Augustissimi priuata lege sancitum est, ne quis Typographus imprimere, neu quis Bibliopola diuendere has quatuor Hieronymi Cardani, medici Mediolanensis, sectiones de Methodo Medendi, audeat ante septennium, à die huius primae editionis numerandum, absque Philippi Galteri Rouiliij consensu. Qui secus faxit, pennis ex sanctione legis, quā literæ pleniores ab eius Majestate impetrata continent, multabitur.

*INDEX EORVM QVAE
hoc opere continentur.*

A

- | | | | |
|----------|----------------------------|--------------------------|----|
| B | Bsynthium, | sus, | 12 |
| | 154.203 | Anatomia quām sit ne- | |
| A | Accidētia ani- | cessaria, quomodo ad- | |
| | curanda & | ministranda, & quām | |
| | quando, 91.92 | diuersa in hominibus | |
| | Acetaria an conueniant | & brutis, 146. & deit. | |
| | ægris, 142 | Anatomia brutorum in | |
| | Aceti facultas, 143 | quibus vtilis, ibid. | |
| | Aceti noxæ, 134 | Aqua absinthij, 23 | |
| | Acidorum noxæ, ibid. | Aqua lactis, 202.204. | |
| | Aér, 281 | Aqua destillatæ, 22.23. | |
| | Aegri an solis pronostici- | an illis vtendum, ibid. | |
| | cis relinquédi, 64.65 | Aqua metalicæ omnes | |
| | Aér perfatus an interdi- | malæ, 67 | |
| | cendus ægris, 72 | Aqua violaceæ virtus, 23 | |
| | Actij error in cura lapi- | Arabes cur vinum prohi- | |
| | dis renum, 110 | beant, 12 | |
| | Agaricus, 200 | Arabum medicina qua- | |
| | Alexitheria, 48.50 | lis, & quando cœperit, | |
| | Alica, 133 | 3. 4. | |
| | Aloë an salubris, 69.199. | Argentum viuum, 209 | |
| | 200 | Arteriarum incisio quā- | |
| | Amuletæ, 154 | do necessaria, 108.109 | |
| | Amylum, 134 | Articularium morborū | |
| | Anacardinae compos. v- | cura, 227 | |

DD ij

- | | |
|---|--|
| A | C |
| Asclepidis excellentia in arte medendi, 2 | Æcitatis cura, 232 |
| Asclitis remedium, 123 | Calculi renum cura, 224 |
| Ascitis cura, 241 | Calotis præternaturalis effectus, 131 |
| Asciticus 270 | Camemilla, 206 |
| Astrologiæ iudicataria va-
nitas, 36 | Cancri cura non curandi, 6 |
| Atrebilis cura, 211 | Caphura, 106 |
| Auerrois dubitatio solu-
ta, 86 | Capillus venetis, 204 |
| Auicennæ locus explicati-
tus de euacuatione, 34. | Carcinomatum curatio, 157 |
| 81 | Cardani intetio in libro de mededi methodo, 5 |
| Aurum quomodo con-
ueniat ægris, 89.90.91 | Carnes nocent in febi-
bus, 133 |
| B | Carramus, 197 |
| Alnea cruriū & ma-
num an. vtilia in febribus, 70.71 | Cassia an conueniat post incisione venæ, 94.95 |
| Balnei effectus, 95 | Cassia fistula, 200 |
| Balneorum ysus in fine febriū, 158. & deinceps | Cassia noocumentaria, 73 |
| Belzoi, 153 | Catalepsis cura, 235 |
| Blacciae, 54 | Catapotia quando dan-
da, 63 |
| Bubonium, 154 | Catapotiis quinti cura nō
sit ysus Gal, 146 |
| Bubonum curatio, 37. | Cato, 208 |
| Butyrum 205 | Caulium tremor, 208 |

- Cauteria** potentialia no-
 xia, 155 corundē ma-
 teria, Ibidem.
Cauterij iuuamenta, 155.
 156
Chærefolium, 153
Cholice curatio erronea
 130.131 132.133.134
Chyurgia medico ne-
 cessaria, 35.36
Chyurgiae instrumenta
 necessaria desideratur,
 115.126
Chyurgis quid relinque-
 dum, 136.37
Cibi genera, 283
Cibi varietas cur noxia,
 113
Cibi simplices facilius
 coquuntur simplicibus,
 134
Cibus albus quis, &c quā
 perniciosus, 132.133.134
Citrij succus, 134
Cibus an nocte exhiben-
 dus, 71.72
Clysteres, 282
Clyster an dandus ante
 venæ sectionem, 110
Clysteres exhibendi tē-
 nus, 130
Coitus sup noctilioq 130
Colicæ quæ noceant, 139
Cholocinthis, Iaq 10 197
Complicatorum morbo
 rum remedii, 74. &
 101
Concoctio momētanea
 obseruanda, 90.110 91
Curinellius siā die, quām
 mnocte; 90.110 278
Confortantia ventricu-
 lum qualia, sv 210 106
Consuetudo, vint 71.72
Contractio membrō-
 rum cura, 230
Contraria contrariis an-
 semper curanda, 76
Critici, diēs quomodo
 obsetuandi, 213 72.73
Circubitus quomodo
 adhibendas, 96.97
Curationis scopi, 275
Cyrenensis regio, 151
D cures
 281
Decoctionis utileq 1
Decocta vtiliora a-
 quis destillatis, 23
Destillationis cura, 220
DD iij

- D**iaspoliticon quare non
cōtemnendū, 83.84.85
Dolor pulsatilis, 108
Doloris curatio, 57
Dolorum remedia, 58
Dolori sanguinis missio
conuenit, 59
Doloris capitis cura, 238
Dolorū curatio, 128.129
Doloris præcordiorum
cura, 237
Doloris vagi curatio, 358
Dulcium vſus, 135
Dyssenteriæ remediū, 121

Effectus aëris, 281.
Eius cōmoda, 109
Elephātiāsis quid, & eius
remedium, 122
Empyematis cura, 218
Epilepsia cura, 214
Epilepsia puerorum cu-
ratio, 63.64
Epithimus, 198
Equitatio, qualis exerci-
tatio, 110
Errata recentiorum, 182
Eradicatiua an cōueniat
in principio, 24.25.
29.30.
Escharotica, 155. & dein-
ceps.
Eupatorium, 203
Exercitium, 279
Exercitatio à cibo an no-
xia & cur, 110.111

FAmis remedia, 205
Fauces, quibus curen-
tur, 206
Febris curatio, 209.210
Febrium compositarum
curatio, 74. & dein-
ceps,
Febris continuæ cura,
233.245.
Febris pestilentialis cu-
ratio, 52.53.
Febris singultuosæ cura,
233.
Fex biliosa pura, malum
signum. 10
Fluxus in febre curatio,
61.62.
Franciscus Taegius, 23
Frictionum vſus, 39.40

- | | | | |
|--------------------------|--------------|---------------------------|----------|
| Fumiterra succus, | 201 | signa, | 46 |
| G | | Herysipelatis erronea cu- | |
| Alenus vnde sua seri- | | ratio, | 104 |
| pta sumpsetur, | 3 | Hydropis remedia, | 138 |
| Galeni errata in Anato- | | Hydropis cura, | 61.240 |
| mia, | 149 | Hippocrates, | 1 |
| Galeni error de ore ven- | | Hippocratis locus expli- | |
| triculi, | 110 | catus. | 54 |
| Galeni loci explicati, | 40 | I | |
| | 65.71.78. | | |
| Garum, | 293 | I Aspis lapis. | 154 |
| Gentiana, | 188.208 | Incantatio an. vim ali- | |
| Glycirtiza. | 204 | quam habeat in meden- | |
| Gnidiatum sententiarū | | do, | 117 |
| authoritas ante Hyp- | | Insula Chiorum & eorū | |
| poc. | 1 | natura, | 115 |
| Grāmaticorū error, | 120 | Ius galli, | 203 |
| H | | Iuscula an conueniant cō | |
| Hæticæ cura, | 220. | fortando ventriculo, | |
| | 240.241. | 106 | |
| Hæticæ curatio erronea | | L | |
| | 106.107.108. | Aetuca qualis. | 11 |
| Hæticæ duo sola reme- | | Lapides adulterini, | 20 |
| dia, | 108 | Lapidis renū duo reme- | |
| Hermodactylinon veri, | | dia præcipua, | 118.119. |
| | 73 | 120 | |
| Hæmoptoicorum cura- | | Lapis armenus. | 198 |
| tio, | 44.45 | DD iiiij | |
| corundem | | | |

- | | | | |
|--|--|----------------|---------------|
| Laserpitij succus, 150. | &c | deinceps, 211. | quæ, 19.20.21 |
| Lecti ex pluma noxæ, 141. | Medicamēta sine noxa, 198.199.202.207. | | |
| Lectorum diuersa mate-
ria, 142 | Medicamenta quæ cali-
da aut frigida exhiberi
debeant, 103 | | |
| Lectuli antiquorum, 141 | Medicamenta simplicia
an præstantiora com-
positis, 187.208 | | |
| Lepræ cura, 211.241.345 | Medicamenta venenosa
an fugienda, 120.121.122 | | |
| Lepræ remedium, 122 | Medicamētis non fiden-
dam, quæ agunt occul-
ta proprietate, 51 | | |
| Lienis epithēma optimū
121 | Medicamentis simplici-
bus an vtendum, 23 | | |
| Lignū Indicum, 208.209 | à Medicamento purgan-
te symptomata, 251 | | |
| Limunnij succus, 134 | Medicamentorum laxan-
tium effectus, & an cō-
ueniant hec tīca, 106. | | |
| Lunaæ positiones an ob-
seruandæ in dandis me-
dicinis, 37 | 107 | | |
| Lupulus, 203 | Medicamentorū mixtio
periculosa, 145 | | |
| Luxationis vertebrarum
& crurum cura, 125 | Medicamentorum mul-
titudo in utilis, 57 | | |
| M | Medicamentorum om-
nium virtutes à quali-
tatibus, 51 | | |
| Agnes, 33 | Medicamentum purgás | | |
| Manna, 201 | | | |
| Materia an debeat con-
coqui & paulatim éva-
cuari, 34 | | | |
| Medendi methodus re-
centiorum qualis, 24 | | | |
| Medicamenta corrupta | | | |

- nō emollita alio mortem adfert, 129.
 Medicis cura explosi à Romanis, 180.
 Medicinæ abusus quomodo inuencti, 1.2.
 Medicinæ benedictæ, 33.
 in eis exhibēdis error. ibidem.
 Medicinæ in quibus morbis non sint p̄fæcti-
 benda, 17.
 Medicorum recētiorum
 errores quomodo induciti, 22.23.24.
 Medicus quomodo vi-
 tabit infamiam, 31.
 Melancholiæ cura, 214.
 Melones quales, 13.14.
 Melonū documenta, ib.
 Menta, 156.
 Mirabolani 202.
 Mirach quid, 149.
 Monocerotis os, 50.51.
 Morbi Gallici cura, 120.
 121.122.
 Morbi insanabiles, 15.
 Morbi omnes habent medellam propriā, 53.
 Morbi fenum, 271.
- in Morbis vtrūm à leuioribus inchoandum, 25.
 26.27.
 Morbillus morbus quis, 53.54.
 Morborum differentiæ, 26.
 Morborum diuturnorū cura, 276.
 Morborum omnium fi-
 nis ambiguus, 33.6.7.
 Morborum propria esse auxilia, 154.
 Morborum pueriliū re-
 media, 66.
 Morborum terminatio multiplex, 31.32.
 Motus, 278.
- N** Ocumēta cässia, 61.
 vide, Cassiam.
 Naturæ opus, 210.
 Nephritidis curatio & can-
 diuretica cōueniāt. 59.
- O**
- E** Edematis erronea curatio, 158.

- Olea & pinguis an cō-
ueniant colicæ, 131
Olei exterius appositi
noxæ, 104
Olera vtrum sint cibi, 11
Oleum calidum, 103
Oleum omphacinū, 293
Oleum rosatū quale, 103
Opisthotoni cura, 225
Orisum, 133
Oua & carnes an con-
ueniant febr. 8.9
Oximel pro cibo & po-
tu, 102
- P.**
- Anis decoctus, 9
Parietariae usus, 154
Pestis curatio, 127
Pestis tēpore an debeāt
teneri fenestræ aper-
tæ, 109
Pestilenti febri an conue-
niat victus tenuitas,
126.127.
Phyllada, 141
Philagrij antidotus, 122
Phtisicorum cura fucosa
97.eiusdem verum re-
- medium.ibidem.
ad Phthisim, authoris re-
media optima, 98.99.
100.101.
Phthois cura, 215.218
Pilularum usus noxius,
69
Pinguium effectus, 106
Pisces an febriētibus cō-
ueniant, 18.19
Pisces saxatiles qui, 19
Pleuritidis curatio, 41.42
Plinij in medicos sui té-
poris inuectiuia, 2
Plumbum & æs metalla
perniciosa, 23
Podagra cur post lithia-
sim oriatur, 59
Podagræ cura, 231.240
Podagræ remedia, 73.74
Podagræ remedia, & re-
centiorum errores in
ea curanda, 112.113.114
Podagræ an conueniat
purgatio, 73.74
Polipodium, 98
Porretæ aquæ, 67
Potus cum vino noxæ,
113.114.
Prædictiones admiradæ,

- | | | |
|---------------------------|--------------------------|--------------|
| 243. & deinceps, | nes fieri debeat, | 32 |
| Psilij mucilago, | Purgationes particulares | |
| Psora, | quæ & quibus debeantur, | |
| Prisana, | 33 | |
| Puerilium morborū re- | Q | |
| medium, | Vartanæ cura, | 143 |
| Pueris nouiter natis an- | Quartanæ dupli- | |
| medicamenta conue- | cis cura, | 236 |
| niant, | | |
| Pulicaris morbi & mor- | R | |
| billi distinctio, | Adix chynæ, | 391 |
| curatio, | Raucedinem non | |
| Pulsus inæqualitas, | esse purgandam venæ | |
| Pulsus humilis, | sectione, | 38 |
| Pulsus miurus, | Rhabarbarum in quibus | |
| Pulueres cordiales an mi- | noceat, | 137, & dein- |
| scendi cibis, | ceps. | |
| In purgando quæ cauen- | Rhabarbari natura, | 188 |
| da, | Renum inunctio ex qui- | |
| Purgatio in vere quan- | bus fieri debet, | 103, 104 |
| do noxia, | Respirationis difficilis | |
| Purgatio an in statu, vel | signa, | 248 |
| post statum conueniat | curatio eiusdem, | 259 |
| 30, 31. | Rete mirabile in homi- | |
| Purgatio an præcedere | ne non reperiri, | 149 |
| debeat sanguinis mis- | Rosæ, | 201 |
| sionem, | | |
| Purgatio lenitiua quādo | | |
| adhibenda, | | |
| Purgatio per quas regio- | | |

S	Sciatica cura,	229
Sene,	202	
Serum,	33	
Serum calibeatum,	63	
Signa oppressionis facultatis.	246	
Signorum cœlestium observationes,	308	
Siliqua qualis cibus,	14.	
Silphium,	151	
Soldanella an conueniat		
Hydropis,	61	
Somnus,	276	
Somni interruptio in æmbris periculosa,	102	
Somnus an post medicinam concedendus,	ib.	
Somnus quando bonus & contraria, ibid.		
Spiridi difficultatis cura		
Sputum sanguinis quando periculosum & quo modo differat à fluore sanguinis,	46	
Sputi sanguinis curatio,		
Stegas,	203	

INDEX.

- Stibades, 141
 Suctus Cyrenaicus. vide,
 laserpitij succum 153
 Symptomata cerebri compresi, 47
 Synanchæ deploratæ curatio, 197
 Syrupi acetosi potus quando conferat, 102. 113
 Syrupi concoquêtes, semel in die dari debant, 102
 Syruporū concoquentiū vsus, 95
 T Abis simplicis cura, 214. 219. 240
 Terebratio ossis an conueniat in vulneribus capitis & quando, 114. 115. 116
 Tertianæ duplicitis cura, 220
 Thamarindi, 202
 Theriacæ confectio cur prohibita à Venetis, 12
 Thermarū aquæ, 66. 67. 68. 209
 Titimali vsus in ascite, 153
 Tralliani error, 47
 Turbith, 197
 Turbith quale, 29
 Tussis cura, 218
 Tympanitis signa, 267
 V Ariolæ, 55
 Venæ sectio in membranibus, 95
 Venenum quando lethale, 16
 Veneni cura, 243
 Veneris vsus immodus, 272
 Ventriculi os quale, 110
 Ventriculi phlegmō, 353
 Ventriculi remediū, 188
 Ventriculi roboratio necessaria in omni purgatione, 32. 40
 Veratrum, 153. 197
 Vermes qualem euacuationem requirant, 34
 Vermiū curatio, 50. 51. 52
 Vertiginis cura, 234
 Vesalius, 147

Victus ratio in omnibus morbis quam uecessaria,	7.8.9.17.30.	213	
Victus ratio erronea in ægris,	10.30	Vlceris vescicæ cura, 240	
Victus in statu qualis,	30	Vlcerum cura,	97
Victus priscorum,	9	Vomitus aliquando necessarius,	129
Vinum ægris quando cōueniat,	12.13	Vnguentum Galeni quale & an conueniat renibus.	103.104
Vinum vtrum cōueniat cum ligno Indico,	143.	Vomitus lethalis,	33
144.		Vrina turbulenta,	268
Vinum coctum cortum- pitur. ibidem.		Vrinæ profluvij cura.	237
Vinum in pleuresi,	13	Vrinæ suppressio,	271
Vini corruptio vnde,	113	Vrinæ turbatæ quid signifient.	44
ex Vini generibus cur alia accescant, alia minime,	144	Vsus argenti vivi,	122
Vini effectus,	113	Vsus clysterum perver- sus. 128. verus. 29.	
Violæ,	201	Vsus tremoris chameme- li.	188
Viperæ caro quibus profit,	122	Vsus curæ blandientis.	7
Vlceris antiquati cura,		Vteri dolentis cura.	236
		Vulnerum capitis cura- tio.	113